

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Baptistae Mantuani ... Parthenicum libri

Baptista <Mantuanus>

Argentinae, 28. 8. 1501

VD16 -S7317

[Prima Parthenice]

[urn:nbn:de:bsz:31-321582](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-321582)

PARTHENICES .I. LI. .I. FOL. .I.

Fratriſ Baptiſtæ Mantuani Carmelite
Theologi ad Ludouicū Fuſcarariū
& Ioannē Baptiſtam Refrigeriū Ci-
ues Bononiēſes / Parthenices Pri-
mæ Liber Primus foeliciter incipit.

Anctā Paeſtinæ repetēs
exordia Nymphæ :
Difficiles ortus : & for-
midata profundo
Incrementa Ioui : mores :
Hymeneaq; feſta
Virginis : & ſacri referā
miracula partus :

Actaq; : & acceptos mundi melioris honores :

IN PRIMAM PARTHENICEN BAP-
TISTE MANTVANI SEBAS-
TIANI MVRRHONIS IN-
TERPRAETATIO FOE-
LICITER EXOR-
DITVR.

Syriæ partes a Cilicia & Amano incipientes ponimus Coma Syria
genā : & eam quæ Seleucis Syriæ appellatur : poſtea Cœloſyri-
am & Phœniciā in ora ultimā : in mediterranea ponimus Iude-
am. Strabo auctor. Ptholemeus Iudeam Paeſtinā dicit vo-
cari. Appellat ergo Poeta noſter Paeſtinā Nympham Parthe-
nicen Mariā : expulerunt . n . Paeſtinos Iudei ex his ſedibus
ut litteræ ſacræ docent Moſe auctore. Syllius Iudeam Paeſti-
nam dicit. Hic fera gentis Bella Paeſtine primo delebit in quo
Primo Poeta proponit de qua re cantaturus eſt : ortum ſcz
intemeratę virginis Marię : quā Parthenicen appellat ob eius
excellenciā *ωσρρηρικη* . enī virgo dicitur : tū incrementa :
mores : nuptias quoq; Virginis & partiū : tum acta : & hono-
rem mundo allatū per Filiū Virginis . Hymeneus Bacchi Hymene
& Veneris filius dictus nuptiarū Deus : & ponitur pro ipſis
nuptijs in hoc loco , ut apud Virgiliū in iij . Aeneid . Ledeam
A . ij .

Strabo
Ptholeme-
us
Moſes
Syllius

Hymene-
us

PARTHENICES

PRIMAE

Hermionen Lacedemoniosq; Hymeneos. & in vij. Turniq;
Hymeneis. Catullus ex Vrania Musa genitū dicit: cūq; Heli-
conis Musas; soli cultorem fingit. Collis o Heliconij cultor:
Vrania genus: Qui rapis tenerā ad virg; yginē o Himenee.
Sed neq; Pierij fontis neq; Phocidis undae

Catullus

Inuocacio

Nūc vada sunt tentanda mihi: maiore camena
Et maioris opus nunc est ope Numinis. Ergo
Tu mihi Diua faue cœlum cui militat omne:

Pieria
Olympus
Pimpla.
Libethrus

Pieria & Olympus & Pimpla & Libethrum quondā loca fu-
ere Thraciē: & mōtes quos nūc Macedones possident Quicq;
Musis Heliconā consecrarūt: Thraces fuerūt: Pieres autē vo-
cabantur: tenuerūt enī Boeciā: unde eisdem nominibus loca
consecrarunt. Quadere p fontē Pieriū Musas intelligit: p un-
das Phocidis fontes Musis consecratos. Strabo autōr. Vt se-
cundū fabulas. Pierus nouē Filiarū pater: quæ cū Musis cer-
tantes cantu victæ in picas mutarē sunt: Musæ nomen earū ad-
optarunt: unde & Pierides dicuntur. Fabula est apud Ouidiū
in quinto Methamor. Phocis regio Achaia oraculo Apol-
linis Delphici clarissima. Delphi .n. ciuitas Phocidis: Strabo
aut. Apollinis templū habet a Poetis cantatissimū. Poeta nos-
ter posteaq; proposuit Carminis materiem: procedit ad inuo-
cacionē. Solent autē Poetæ vel Apollinē vel Musas inuocare:
noster autem beatissimā Dei genitricem Mariam inuocat.

Ouidius

Strabo

Phocis
Delphi

Quam trepidant Erebi sedes: cui terra fretūq;
Vota precesq; ferunt: nostro tu sola labori
Sis præsens: operiq; tuo largita futuro
Præsidium: nostræ veniens illabere menti.
Tu licet a nostro spacijs ingentibus orbe
Disiungere: suos quantū polus eleuat ignes:
Non tamen humanos casus oblita: tuumq;
Nil pertesa genus: vigili mortalia cura
Suscipis: & lachrimæ tangūt tua pectora nræ:
Tu placidum terris sydus / quod liberat omnis
A pelagi feruore rates: quod luce benigna

Erebus

Erebus pars est inferorū: & sine aspiracione scribitur apud
Græcos Ἔρεβος: Dimensio totius spheræ cū ex utriq; p.

tibus eius ad extremā circūductionē virgulę deducitur: quę dimēſio Axis appellatur: huius autē cacumina qbus maxime ſphera nititur: Poli appellantur: quorū alter ad Aqlonē ſpectans Boreus: alter oppoſitus Notus eſt dictus. Hyginus. Notus.

Hyginus

Saturni Martiſq; graues eliminat iras.

Tu nobis Elice: nobis Cynofura: per altum

Te duce vela damus portus habitura ſecūdos.

Tu mare / tu ventos / tu ſydera cuncta / Deūq;

Conciliaſ: tu tuta ſalus: tu pacis origo.

Tu cōmune bonū: generis tu gloria noſtri:

Huc ades: & ceptos preſenti Numine curſus

Dirige: & infirmā rege p vada cerula puppim.

Saturnus Planeta frigidus eſt & ſiccus: vitę cōtrarius: natura inimicus: in motu ſuo tardus. Mars calidus & ſiccus

Saturnus

maliuolus motu ſuo mediocriſ. Helicen & Cynofuram aliq

Mais

Nymphas dicunt Iouis nutrices fuiſſe: & ob hoc beneficium

Helice

in cœlo collocatas & utraſq; Arctos eſſe nūcuparas: quas lati

Cynofura

ni Septentriones dixerunt. autor Hyginus. Ponitur autem

Helice pro maiore Vrſa: qm Calisto Licaonis filia a Ioue cō

preſſa in urſam mutata fuit. Cynofura, p minore ponitur: eſt

autē una de Iouis nutricibus quę & inter Curetas fuit qui Iouis fuerūt adminiſtri. Hygin. Lucanus in .ix. Teſignis Cy

Idem

Lucanus

noſura ſubit: tu ſicca profundo Mergi plauſtra putas.

Nna diu vanos ſecum plorauerat uſus

Narracio.

Connubij: ſterileq; thonū triftēq; Hymeneū:

Propterea duplicēſq; manus frontēq; ſupinam

Attollens: humili Superos ita voce precata eſt.

Numina / quę regitis cęlos quę voluitis aſtra:

Vos penes eſt genus omne boni: vos oīa rerę

Semina ſeruatis: gremiū telluris inane eſt

Et ſine fruge ſolum / niſi ſumat ab æthere vires

Siue per aſtroſq; curſus: radioſq; calentes:

Siue Dei ſolo qui temperat omnia nutu.

Venimus ad canos frigefcentemq; ſenectam:

A iij.

PARTHENICES PRIMAE

Et nostræ sine prole dies abiere iuventæ :

Longa infœlicis thalami conforcia sine

Claudimus infausto : vir pluribus exulat annis

☞ Conspectus hoim fugiens : domus orba mgro

Fluctuat / amisso ceu nauis in æquore clauo .

Currimus in fatum : tacitisq; recedimus annis :

Mortuacq; ætatis pars est iam maxima nostræ :

pallida præteriti spacium mors occupat æui .

☞ Quod superest expectat hians : iã plena meor; ^{ap. meor; est}

Terra cadaueribus : consanguineosq; sepulchra

Vix capiunt : soli steriles seruamur in omne

Dedecus : & certe breuis est fœlicior cui

Conditio . primo Deus indulgisse Parenti

Creditur : & fragili bene consuluisse senectæ

Cum vetuit primos iterum decerpere fructus :

Et fruges gustare quibus produceret annos .

Nam qd longa dies homini : nisi longa dolorũ

Colluuiis : longi paciencia carceris ætas

Anna diu vanos . Narracione aggreditur incipiens a sterilitate Annæ : que sterilitas in lege opprobrio dabatur . Orat ergo Deum oim res conditorẽ propagatorẽq; ut semen fecundet in senili ætate : ne vir exul tanto tẽpore lugeat sterilitatem . Dicit aut oĩ femini vires preberi siue p astro; varios cursus si ue solo nutu diuino : p hoc possibilitatẽ petitiõis ostẽdens . Moutum comiseraciõem ab exilio viri : a senectã : a morte consanguineos : a defectu heredum : tum a vicinitate mortis variã affectus seu perturbaciones quas Græci vocant πρῶσ mouens . Deinde a facilitate concludit id sæpius prestitũ alijs nã ita genitus est Isaac Ioseph : Samson : tum Annæq; filius Samuel qui Saulẽ primũ Israelitar; Regẽ inunxit . Gen . iij ,

Longior : est cursus vitæ labyrinthus : in ipsum

Ex utero ingredimur : p limina mortis abimus .

Iam capulo instamus : nec est q lumina claudat

Ossa ve componat tumulo : tepidisq; sepulchræ
 Fletibus irroret : nobiscum it tota sub umbras
 Progenies : nec erit nostris qui marmora signet
 Nominibus : deserta domus tabescet : & istas
 Longeui sudoris opes quas legimus ambo
 Pluribus obsequiis / heres ignotus habebit .
 Nobiscūq; cadent nostri monumenta laboris .
 Cernite cōmunes amborū Numina curas
 Et seruate genus : cernant se in stirpe Parentes :
 Et sua Natorum videant in vultibus ora .
 Sint qui nos facie referant gestuq; Nepotes .
 Progeniemq; suam nostro de nomine dicant .

Plinius

Labyrinthus structura p magna scripte subterranea viarū am
 bagibus adeo inflexa ut nō q intrasset idē exire possit. Pli. autor
 est quatuor p̄cipuos fuisse: primus i Aegypto secūdus i Creta:
 Ouidius. tercius in Lēno isula: quātus i Clusio Italię oppido. Creticus
 famosior est apud Poetas a Dedalo factus. Ouid. viij Met. Qu
 uis Pli. dicat vix c. Aegiptij porcionē Dedalū fuisse assecutū.

Labyrinthus

Ouidius.

Sint q nos Proavos numerent : & stēmata lōgo
 Limite deducant : iterataq; nomina ponant .
 Pignora longeuæ concedite Numina Matri
 Quæ celebres ad vestra ferant altaria cultus .
 Pinguibus & priscum donis imitētur Abelem .
 Sæpius a vobis hoc exorasse precando /
 Antiquas est fama Nurus : & supplice voto /
 Collapsum genus atq; domos seruasse cadētes .
 Sic alacer Samson / sic & formosus Ioseph /
 Sic puer Isacus fatus est : & filius Annæ
 Qui primum liquido Regem perfudit oliuo .
 Talibus orabat Sterilis : gemituq; sonoro
 Crebra dabat longos inter suspiria planctus .

Stemma . Corona ornāmētum / stirps græce dicitur . Latini
 idem v̄bum accepere pro statu Maiorū q coronā aliqñ merui

Stēma

A iij.

PARTHENICES

PRIMAE

iffent/ in atrijs expressi cera vultus Auorꝝ singulis dispone-
bantur armarijs : & in Gentiliũ funeribus ducebatur . Eorꝝ au-
tẽ qui in bello coronã meruissent : hec sole lineis designaban-
tur : ut quasi pictæ viderẽtur ad aliorꝝ differenciã . Plinius Stẽ Plinius
mara lincis discurrebant ad imagines pictas .

Audiit Omnipotens : animũq; in vota precesq;
Flexit : & infuso caluerunt viscera foetu
Cepit & humanos paulatim sumere vultus
Semen : & in nostram sensim transire figuram
Vt cum vere nouo tepesacta rosaria multæ
Vestit frondis honor : primũ durefcit in orbem
Folliculus : barbæq; comã producit acutæ
Mox inflare sinus tunicalq; implere virentes
Incipit : & concreta diu sub cortice proles
Turget agens rimas tenues : & vertice summo
Purpureas ostendit opes : rubicundaq; labra
Postremo cum pulchra suos Aurora colores
Explicat & vitreũ glomerãt noua gramina florẽ
Panditur omne decus : valuisq; emissus aptis /
Flos hiat : & leto arridet venientibus ore .

Audiit omnipotens . Dicit semen coalescere in utero mater
no instar rosæ : imitaturq; Pliniũ dicentem . Rosa nascitur spi- Idem
na verius q; frutice . & subdit . germinat omnis primo inclu-
sa granato cortice : quo mox intumescente & in virides alaba-
stros fastigiato paulatim rubescens dehiscit : ac sese pandit in ca-
licis mediæ sui stantis complexa luteos apices .

Sic noua progenies utero congesta Parentis
Emersit : non tota simul sed singula certo
Discernit formans opifex Deus ordine mēbra :
Cor prius : ex illo quoniã descendit in artus
Vitalis calor : a pleno ceu flumina fonte :
Illic prima domus vitæ : postrema per illud
Discedens terris animus vestigia ponit .
Tum Superꝝ Pater illius procul ire caducas ,

Iussit ab hospicio curas : habitacula dixit
Spiritus dulcemq; mihi seruate recessum.

Sic noua progenies . Applicatio cōparatiōis p ordinē mē-
broꝝ hominis quoꝝ singula suo ordine generātur . Cor pri-
mū . Plinius . Cor animalibus ceteris in medio pectore est : ho-
minstantū ifra leuā papillā turbīnato mucrone in priora emi-
nens . Piscibus solis ad os spectat . Hoc primū nascentibus for-
mari in utero tradunt . Deinde cerebꝝ sicut tardissime oculos
Sed hos primū moueri cor nouissime . Hinc præcipuus calor
palpitatur certe & quasi alterꝝ p̄cipue mouetur . Inter animalia
p̄mollī firmoq; aptum membranę inuolucro munitū costarū
& pectoris muro ut pariat præcipuū vitę causam & originē Pri-
ma domicilia intra se animo præbet : & sanguini sinuoso spe-
ciꝝ : & in magnis animalibus triplici in nullo non gemino ibi
mens habitat . Plinius libro undecimo .

Mox cerebri cōcreta domus / que plena pudicis
Creuit imaginibus : castoq; imbuta pudore
Os roseum sine labe dedit : frontiq; decorem
Sidereū : & lectos formæ cœlestis honores .
Ambrosiaq; comas tinxit : mox ubere pectus
Protulit : in teretes humeri fluxere lacertos :
Ramosasq; manus : quas hac Pater imbuit arte /
Ut solos fierent habiles pietatis ad usus .

Cerebrum omnia habent animalia quæ sanguinem : homo
porcione maximā & humidissimam . Plinius libro . xi .

Plato tres animi partes dicit : Racionabilem id est mētis op-
timam porcionem . Hanc ait capitis arcē tenere . Irascenciā v̄o
procul a racione / ad domiciliū cordis deductā esse : obsequi eā
atq; respondere loco sapienciæ . Cupidinē atq; appetitus post
remā porcionem infernas abdominis sedes obtinere : ut popi-
nas quasdā & latinas latebras diuersoria nequitię atq; luxu-
rię . Dicunt insuper Platonici tunc annumeranti sanitatem ad
esse vires & pulchritudinē / cū Racio totū regit parentq; inferio-
res duæ ptes : concordescq; inter se Iracundiā & Voluptas ni-
hil appetūt / nihil mouent quod inutile esse dixerit Racio : eius
modi ad æqualitatē p̄tibus animę temperatis / corpus nulla p̄-
turbacione frangitur . Alioquin iuchit egritudinē iualencięq;
A iij :

Plinius

Plato

Tres ani-
mipres

PARTHENICES

PRIMAE

& feditatē / cum incōposite & inæquales inter se erūt : cū irascenciā & consiliū subegerit sibiq; subiecerit cupiditas ipsa : aut cū dominā illā regināq; Racionē / licet obsequētē & placata cupidine / ira flagrantior vicerit . L. Apuleius autor in libro de dogmate Platonis . Elegāntissimus Poeta n̄r has pres cū corporis tū animi in beatissima Virgine or dinatas diuino munere & gracia ostendit .

Apuleius

Hęc sunt membra quibus diuinę mentis imago
Cernitur humanis animis impressa : quibusq;
Omne opus æthereo dignū tentamus Olympo
Inferiora magis pecudum seruare videntur
Naturā moresq; feros : tamen omnia semper
Officijs habuit sanctis accomoda Virgo.
Non tam multiplici Diuorū munere / non tot
Delictijs : non tam grato Pandora decore
Claruit Ascrei cantu celebrata Poetæ .

Hęc sunt membra . Cerebrę & cor qbus animus p̄sident quę ex Deo suscepimus : ille regit dicitis aīos & pectora mulcet Virg

Virgilis.

Theſbie.
Hesiodus
Ascreus .

in iij. Theſbie oppidū Boecię Heliconi p̄ximū . In Theſbi is itē est Ascrea iuxta Heliconis ptē . Hęc Hesiod i Poetæ Patria est unde Ascreus dicitur . Virg . Hos tibi dant calamos en accipe Musę Ascreo q̄s ante seni qbus ille solebit Cantādo rigidos deducere mōtib; ornos . Hic scribit pudorē & iusticiā i cœlū fugisse etate gnea . Iuue . Paulatī deīde ad Supos Ascrea recessit Hac comite / atq; duę piter ad cœlū fugere sorores . Pandora ab Hesiodo describitur a vulcano facta : cui oēs Dij sua munera p̄stiterūt : unde ei nomē . nā π̄σ̄σ̄ omne σ̄σ̄σ̄σ̄ donū dicitur Facta autē fuit mādato Iouis in odiū Promethei humaniq; generis . Hesio . Quādoquidē dederat sua mūera q̄sq; Deorū Mercurius merito Pandorā noīe dixit . Eius meminit & Hyg . Reſp̄ Pandorā libido / q̄ venustati plerūq; cōiūcta est designat Sic ope cœlesti : q̄uis humana negabat

Idem

Iuuenalis

Hesiodus
Hygini.

Materni soboles iniūt tentoria ventris .
13 Omne quod excellens opus & sublime futurū /
Difficiles ortus habet incrementaq; tarda .

Sic ope cœlesti . Soboles iniūt tentoria materni ventris diuina ope non humana : qua negabatur proles .

Siciunco nemus Alcyde / sic tardior exit
 Populeis abies ramis : sic abiete pinus
 Segnior / & pruno longe viuacior ilex :

Diodor.

Alcydes Hercules ab Alceo auro Amphitritonis patre. Dio. Alcydes.
 dicit Herculi nato Iunonē duos imisisse Dracones ad p̄cendū
 puer: quos ille utraq; manu apprehensos strangulauit vñ illū
 Argiui qm̄ Iunonis opa gl̄iam esset adeptus cū antea Alceus
 vocaretur Heracleū dixere ἥρα enī Iuno dicitur. Nemus Al

Plinius

cyde .i. populeū : populus enī arbor est Hercul. Plinius li.
 xvi. dicit in Europa esse genera sex cognatas arbor: q̄ resinā
 ferunt Pinus : Pinaster : Picea : Abies : Larix : sextū genus Te
 da pprie dicta. Omnia ꝑo ꝑpetuo virent : nec facile discernū
 tur in fronde ecīa a peritis : tanta nataliū mixtura est . Oīa autē
 hęc genera accensa fuligine imodica carbonē repente expuunt
 cū erupcionis crepitu / eiaculanturq; longe : excepta Larice : q̄
 nec ardet nec carbonē efficit nec alio modo ignis vi cōsumitur
 q̄ lapidis . Ilex arbor glandifera : & sunt eius duo genera Ilex
 Ex hijs in Italia foliō nō multū ab oleis distāt : Milaces a q̄bul
 dam Græcis dictæ in prouincijs Aq̄foliæ . Ilcis glans utrius
 q; breuior & gracilior . Quā Homerus Aculon appellat : eoq;
 nomine aglande distinguitur Plinius autor .

Idem

Et robusta larix igne impenetrabile lignum .
 Nam magis opprimitur partu natura potenti
 Plusq; operē ipendit : grandi ceu pondere ꝑssa
 Plaustra gemūt magis : & magno sub vomere ;
 Sudat : & obluētās vires labor haurit onustas .
 Sic opus in lōgū differt finiq; resistit . taurus
 Ast ubi naturæ Diuum superaddita virtus
 Adiuuat / ut remis leuibus fugit actus & aura
 Sic leuis ad metā prono patet orbita cursu .

Plinius

Prunorū genera xv . libro Plinius undecim describit . Di
 cit ergo Poeta noster naturā opprimi : potenciora forcioraq; genera
 pariendo / plus operis impendendo robustis arboribus q̄ fra
 gilibus . veluti taurus pressus graui pondere plaustrī magis su
 dat reluctaturq; : & labor vires onustas exhaurit . Sic natura
 opus in longū differt & tum resistit fini id est corrupciōi . Ast
 Sed virtus diuina supaddita naturæ ; adiuuat veluti remus lē

PARTHENICVS

PRIMAE

Meta

bo id est nauiculæ / cū aura . i. vento agitur lembus & remo : & lenis orbita patet prono cursu ad metam . i. ad finem . Meta proprie locus in fine Cīrci ubi aurigæ currus flectere solebant Papinius . Flectere si posset circum cōpendia metæ . Virg . in quinto . Hic viridē Aeneas frondentē ex ilice metam Constitu it signū nautis Pater : unde reuertī Scīrent : & longos ubi cū cum flectere cursus . & ponitur trās latiue p omni termino .

Papinius.
Virgilius

Sed quia longeuam fecit discordia litem /
Assimilemque iugis loribus / quæ Gordius olim
Nexuit : atque Iouis Phrygiæ suspendit ad aram .

Sed quia . Poeta noster volens ostendere beatissimā virgīnem Mariā nequaquam subiectā ullo tēpore originali culpæ . dicit se solutus discordiā quæ inter Theologiæ p̄fessores super ea re vitur : & primo ostendit ortū originalis culpæ . p̄p̄t Protoplastorū trāsgressum hūano generi irrep̄sisse : ut mortē ipsam & reliqua mala . Profitetur autē ab inicio huius discordiæ opiniones similes fore Gordio nodo & Cretensi Labyrintho quæ Dedalus fabricauit . Gordius Mide pater Phrygiæ Rex / plaustrū ex corni libro in exū Ioui suspendit : de quo ex barbaris passim creditus sermo manarat : quicquid eius nexū soluisset illi orbis terrarū iperitū fata portendere . Erant autē nexū cęca capita obliquis spiris inter se obuoluta . Alexāder magnus domita Phrygiā Gordiū venit : & cū nodū soluere nequirit : gladio cecidit . Quo ita cęso / inuita apparere nodi capita . Aristobolus autē facillime ipsos soluisset nodos ait : depro siquidem clauo quod temoni iugū annectitur mox iugū subduxisse . Dicit igitur Baptista ne quia discordia fecit longeuā litē similem loribus iugis quæ Gordius nexuit in plaustro : quod suspendit ad aram Phrygiæ Iouis . Autor Plutarchus . Prope Sangariū olim fuerūt antiqua Phrygiū domicilia : ut Mide & prius Gordij : & aliorū quorundā quæ nunc urbiū vestigia non seruant sed in vicos redacta sunt paulo maiores alijs sicut Gordiū & Gorbeus . Strabo .

Gordius.
Midas.

Plutarchus

Strabo

Dedaleæque domus errori Pasiphaeo .
Conceptus ne sacer fuerit : vel forse paterna
Illitus : antiqui referam certaminis orsum :
Et sobolis nostræ infelix repetetur origo .
Cū Pater humētes redigens in corpora glebas /

Vitalem humanos auram spiraret in artus :
 Ut noua Progenies pugnā tuta iret in omnem:
 Ultra animi claras dotes / & corporis arma
 Iusticiam coeleste decus superaddidit : unde
 Et fati rigidas leges : & funera posset
 Vincere : & ambrosia vesci : summoq; potiri
 Aetheris hospicio : Superūq; assuescere mensis.
 Sed postq; veritas fruges & noxia mala
 Vipereis decepta dolis admouit ad ora

Dedaletq; domus . Labyrinthi error Pasiphaeus a Pasiphae
 quarnor syllabarū absq; diphthongo scribi debet : Græci enim
 πασίφαια dicūt : uxor Minois / quæ ut fabulæ dicūt Jex thau
 ro peperit Minothaurū : qui Labyrintho inclusus Atheniēn .
 liberos q; tributū Minoi dabatur ob occisū / ab Atheniēn . An
 droea filiū dæuorabat . tandē a Theseo Egei filio interceptus
 auxilio Ariadnes Minois pasiphae q; filia . Diodorus autor .

Diodor.

Conceptus ne facer fuerit . i. sine originali vel cū labe eiusdē
 repetā originis orsum . Quom Pater &c. Deus hominem
 innocentē creauit traditis sibi animi dotibus & arma corporis .
 nū supaddidit iusticiā quam Theologi originalē dicunt : quā
 Protoplasti perdididerunt per esum pomi vetici . Quare Astrea
 id est iusticia originalis debita / ptesa terras redijt ad celos : trā
 fultumq; est virus in genus humanū . Vnde dicit Poeta noster
 Iusticia nudi discant ludare famēq; . Est enim originale pecca
 tum carencia iusticiæ originalis debitæ .

Pasiphae

Minothas
urusOriginale
peccatū.

Mox Astrea domos hominū pertesa : rediuit
 In regnum sublime Patris . miratus Olympi
 Tam celerem reditū Dñs : quare inqt ad arces
 Sidereas mi Nata volas terramq; relinquis ?
 Illa . Pater fallax hominem delu sit imago
 Dixit & a rectis ægressa rebellibus adsum .

Aratus
Hesiodus
Hygini.

Astrea Astrei Titani filij filia ex Aurora : quam ob equitaitē Astrea.
 tem summam Iusticiam appellatam Aratus dicit . Hesiodus dicit illam Iouis & Themidos filiam . Nonnulli Icarij filia dix
 erunt . Erigonem fuisse autem perhibetur ætate aurea . ut Hy
 ginus testatur .

Astrea.
Astreus

PARTHENICVS

PRIMAE

Mox Astrea .i. iusticia ptesa domos hoim .i. terras rediuit
in regnū sublime patris : miratus Olympi .i. celi Dominus tā
celerē reditū &c. illa : Pater fallax imago delusit hominem .

Tū Genitor meditans refecare piacula tantæ
Fraudis / ait . Careant posthac custodibus istis .
Blanda Patris segnes facit indulgencia Natos .
Iusticia nudi discant sudare : famemq;
Et diuturna pati ieiunia : frigus & imbres :
Seruicium : & fati fortē experiantur amaram .

Tum Genitor . Dicit propter huiusce inobediencia Deum
imisse labores / famē / ieiunia / frigora & imbres : tum reliqua
mala pro piaculo tanti delicti transgressionisq; .

Vexati sapient iocunda : & amabilis æstas
Post brumã & Ianos steriles gelidosq; decēbres
Dulcior est : que sint tranquillæ comoda pacis
Ferre bella docent . Homini labor utile semper
Calcar erit : segni pigros rubigine sensus
Ocia corrodunt : sopitaq; pectora torpor
Noxius obliquat : ferrum si transit in usus
Assiduos splendore micat : vultuq; nitenti
Audet ad argenti decus aspirare superbum :
At si longa quies ierit fuscatur : & atram
Vertitur in scabiem : celeriq; absumitur usu .

Vexati sapient iocunda . Nam post mala iucundiora sunt q̄
nobis eueniūt bona . Labor utile calcar erit . Ocia corrodūt
pigros segni rubigine sensus . & noxius torpor id est pigricies
seu legnicies . obliquat : curua facit : sopita / somnolenta pec
tora . Ut ferrum rubigine inficitur si quieuerit : quod si in us
um transferit accedere videtur ad argenti nitorem . Scabies
asperitas & prurigo cutis : sic ferri vel alterius rei est veluti sca
bies prurigo . Est etiam rubigo morbus segetum : Vnde fel
ta rubigalia descendunt . Autor Varro .

Scabies.

Rubigo

Varro.

Inter multa hominum fata infelicia / damno
Non erit hoc minimo : tristem sperata / superbum

Iam præfens / amiffa facit fortuna dolentem .

Inter multa infortunia fata etiam magno damno est homini :
 quæ sperata fortuna : id est dum speramus : facit tristem : id est spe-
 rantem quia sperat se eo quo caret fructus : quod dum præfens
 adeptus scilicet facit superbum id est elatum gaudentemque : amif-
 sum vero dolore afficit . Ideo amiffa fortuna facit dolentem .

§ Murrho Sebastianus Murrho autor .

Hæc Pater : & mortem mox implacabile monstrum
 Hactenus obuincta / textis adamante cathenis
 Carcere disclusit : cæcoque emisit ab antro .

Hæc Pater : & mortem &c . Disclusit / referauit cathenas quibus
 mors uincta fuit : textis adamante . Adamas gemma est duris-
 sima : cuius duricies solo hircino sanguine superatur . autore
 Plinio Solinoque . Vnde fortiora vincula Poetæ ex adamante
 constare dicunt .

Plinius
 Solinus

Cui terris regna ampla dedit : pelagique per undas
 Atque per aërios tractus rarosque per ignes

Syllius

Cui terris regna . Mors omnia ad inferos agit . Syllius Huc
 quicquid terræ quicquid freta : & igneus æther Nutriuit primo
 mundi genitalibus ab quo Mars communis agit descendunt cum
 ta capiteque Campus iners quantum interijt : restatque futurum .

Quos Phœbi germana sinu complectitur amplo
 Et quedam Scythicis calybum durata caminis
 Tela dedit : quedam Lerno infecta veneno .

Quos Phœbi germana . id est Luna soror Phœbi . hoc est
 quicquid infra globum Lunæ continetur morti obnoxium est :
 quæ autem supra Lunam immortalia sunt . Platonis sententia est .

Plato

Et quedam Scythicis . Dedit insuper tela calybum morti dura-
 ta Scythicis caminis alia infecta Lerno veneno Hydræ . Ler-
 na & Argiui & Mycenæ lacus est in qua Hydræ constituisse scrip-
 tores tradunt . Strabo . In hac palude Hercules Hydræ interfe-
 cit : ex cuius corpore centum prodibant serpentium capite cerui-
 ces : quas singulis celsis duæ renascebantur : ob eamque rem mi-
 nime uinci videbatur posse : cum pars amputata validior red-
 deretur . Hanc difficultatem arte superans : Iolaum monuit ut euesti-
 gio id est statim incisam ceruicem face lignea / ne efflueret sanguis /
 inureret . Hoc pacto superata belua sagittas suas eius sanguine
 tinxit : quo illatum vulnus mortiferum redderetur . Diodorus au-

Strabo

Lerna

Diodorus

PARTHENICVS

PRIMAE

Mox Astrea .i. iusticia ptesa domos hoim .i. terras rediuit
in regnū sublimē patris : miratus Olympi .i. celi Dominus tā
celerē reditū &c. illa : Pater fallax imago delusit hominem .

Tū Genitor meditans refecare piacula tantæ
Fraudis / ait . Careant posthac custodibus istis .
Blanda Patræ segnes facit indulgentia Natos .
Iusticia nudi discant sudare : famemq;
Et diuturna pati ieiunia : frigus & imbres :
Seruicium : & fati sortē experiantur amaram .

Tum Genitor . Dicit propter huiusce inobedienciā Deum
imississe labores / famē / ieiunia / frigora & imbres : tum reliqua
mala pro piaculo tanti delicti transgressionisq; .

Vexati sapient iocunda : & amabilis æstas
Post brumā & lanos steriles gelidosq; decēbres
Dulcior est : quæ sint tranquillæ comoda pacis
Ferre bella docent . Homini labor utile semper
Calcar erit : segni pigros rubigine sensus
Ocia corrodunt : sopitaq; pectora torpor
Noxius obliquat : ferrum si transit in usus
Assiduos splendore micat : vultuq; nitenti
Audet ad argenti decus aspirare superbum :
At si longa quies ierit fuscatur : & atram
Vertitur in scabiem : celeriq; absumitur usu .

Vexati sapient iocunda . Nam post mala iucundiora sunt q̄
nobis eueniūt bona . Labor utile calcar erit . Ocia corrodūt
pigros segni rubigine sensus . & noxius torpor id est pigricies
seu legnicies . obliquat : curua facit : sopita / somnolenta pec-
tora . Vt ferrum rubigine inficitur si quieuerit : quod si in uf-
um transferit accedere videtur ad argenti nitorem . Scabies
asperitas & prurigo cutis : sic ferri vel alterius rei est veluti sca-
bia rubigalia descendunt . Autor Varro .

Scabies.

Rubigo

Varro.

Inter multa hominum fata infelicia / damno
Non erit hoc minimo : tristē sperata / supbum

lam præsens / amissa facit fortuna dolentem.

Inter multa infortunata fata etiam magno damno est homini :
 quæ sperata fortuna : id est dum speramus : facit tristem : id est spe
 rantem quia sperat se eo quo caret fructus : quod dum præsens
 adeptum scilicet facit superbum id est elatum gaudent enim : amif
 sum vero dolore afficit. Ideo amissa fortuna facit dolentem.

§ Murrho Sebastianus Murrho autor.

Hæc Pater : & mortem mox implacabile monstrum
 Hactenus obuinctam / textis adamante cathenis
 Carcere disclusit : cæcoque emisit ab antro.

Hæc Pater : & mortem &c. Disclusit / referauit cathenas quibus
 mors uincta fuit : textis adamante. Adamas gemma est duris
 sima : cuius durities solo hircino sanguine superatur. Adamas
 Plinius Solinus Cuius durities solo hircino sanguine superatur. autore
 Plinio Solinoque. Vnde fortiora vincula Poetæ ex adamante
 constare dicunt.

Plinius
 Solinus

Cui terris regna ampla dedit : pelagicæque per undas
 Atque per aërios tractus rarosque per ignes

Syllius

Cui terris regna. Mors omnia ad inferos agit. Syllius Huc
 quicquid terræ quicquid freta : & igneus æther Nutriuit primo
 mundi genitalibus ab quo Mars communis agit descendunt cū
 ta capiteque Campus iners quantum interit : restatque futurum.

Quos Phœbi germana sinu complectitur amplo
 Et quædam Scythicis calybum durata caminis
 Tela dedit : quædam Lerno infecta veneno.

Quos Phœbi germana. id est Luna soror Phœbi. hoc est
 quicquid infra globum Lunæ continetur morti obnoxium est :
 quæ autem supra Lunam immortalia sunt. Platonis sententia est.

Plato

Et quædam Scythicis. Dedit insuper tela calybum morti dura
 ta Scythicis caminis alia infecta Lerno veneno Hydræ. Ler
 na & Argiui & Mycenæ lacus est in qua Hydræ constituisse scrip
 tores tradunt. Strabo. In hac palude Hercules Hydræ interse
 cit : ex cuius corpore centum prodibant serpentum capite cerui
 ces : quæ singulis cæcis duæ renascebantur : ob eam rem mi
 nime uinci videbatur posse : cum pars amputata validior red
 deretur. Hanc difficultatem arte superans : Iolaum monuit ut euesti
 gio id est statim incisam ceruicem face lignea / ne efflueret sanguis /
 inureret. Hoc pacto superata belua sagittas suas eius sanguine
 tinxit : quo illatum vulnus mortiferum redderetur. Diodorus au

Strabo

Lerna

Diodorus

PARTHENICVS

PRIMAE

tor. Scythę populi sunt Europę vicini Sarmatis Bastarnif
q; . Sunt & alij in Asia . autor Ptholomeus .

Nec satis hæc ; aliud telum letalius addit :
Nam gladij rostrum : caudam trigonis aquosi
Qua quondam magno fatū intentauit Vlyssi
Telegonus : Circes ufus fatalibus armis :
Præfixit iaculis : Stygiaq; extinxit in unda .

Ptholomeus

Nec satis hæc . tela . aliud letalius addit id est magis morti
ferū : nā rostrum gladij id est caudā scz Trigonis aquosi : id ē
fluuiatilis præfixit iaculis : Stygiaq; extinxit in unda id est in
fernali aqua Stygis : qua cauda Telegonus Circes filius inten
tauit fatum / mortē / magno Vlyssi / patri suo ufus scilicet Te
legonus fatalibus armis .

Trigon

Plinius

Telegonus

Trigon piscis est : quā nostri Pasti
nacam dicunt . Inter venenata marina nihil execrabilius q̄ ra
dius super caudam eminens Trigonis . arboris radici infixus
necat : arma ut telum pforata & ferri & veneni malo . Tele
gonus Vlisses filius ex Circe Solis filia : is Patrem interfecit
habens spinam Trigonis p̄fixā telo . Homerus de morte Vlif
sis nihil dicit : sed eum solum ad Patriā reducit . De morte ni
hil certi habetur / quāq; nostri tradant eum a filio interemptū
ut diximus . q̄uis alij a Telemacho eū occisum dicant cū turpi
tudine domestica offensus ad Circeam rediisset . de Telo Ouid .
in Ibin . Ossibus inq; tuis teli genus hereat illud Traditur Ica
riquo cecidisse Gener . Circe nostri Solis filiā dicunt . Di
odorus autē dicit Solē duos p̄creasse pueros Aetā & Perse
Aetas in Colcha regnauit / in Taurica Perse : crudeles ambo
efferiq; . E Perse Hecate orta est / supans audacia imanitateq; pa
trem : hoīes pro feris sagittis appetens : sumō studio ad vene
na consicienda impensō . Primū patrē veneno sustulit : deinde
regno assumpto tēplū statuit Diane : cui nauigantes hospites
sacrificabat . Post hæc nupsit Aetæ genuitq; liberos tres Cir
cen Medeā & Aegialeū . Circe ad oīs generis venenoz curā
sa / multaz herbarū radīcūq; varias vires mirabileq; repperit .
Hęc Sarmataz Regi (quos qdam Scythas dicūt) cū nupsisset
primū veneno viz abstulit : deinde regno capto mltā vī subdi
tos vexauit : ob q̄s res regno expullā / migravit ī Italiā . ī q̄ eo
p̄montorio qd nūc Circeū appellatur defecit . Qui eam Ocea
ni insulā habitasse dicūt decipiūtur Homeri Carmine : q̄ Tyr
e . i . i . mare Oceanum appellat . Strabo Circeum copiolis ra

Ouidius

Diodorus

Circe

Aetes.

Strabo

dicibus abundare dicit. Styx palus inferni: Phlegethon fluuius aquas ignitas habet: Cocytus fluuius ex styge palude nascitur. Acheron pariter fluuius infernalis. Syllius in xiiij singulos describit. Vrit ripas Seuus aquas Phlegeton: pte alia torrens Cocytos sanguinis atri porticibus furit: At magnis semper Diuis/Regiq; Deor; Iurari dignata palus picis horrida riuo/Fumiferæ voluit Styx inter sulphura limū. Tristior his Acheron/sanie crassq; veneno Actuar. Styx item aqua petre Nonacrine Arcadie: venenosa adeo ut sola mulæ ungula cōtineri possit. Hoc veneno Alexandr; sublatū ferūt Aristoteleq; phm necis cōsciū fuisse: scribit Plutar. Pli. Pausoniasq;.

Syllius

Plinius
Plurarch
Pausonias

Plinius

Mox iecur exemit monstro: præcordia bile
Cerulea infecit: celeresq; innexuit alas.

Mox iecur exemit monstro. id est morti. Iecur Plinio aut. Iecur tore caput est extor;. Vnde cū iecur non apparebat/portendebat vñ Ducis vñ exercitus mortē. Alludit Poeta nosfer ad hoc ut nullū boni signū in morte ostēdat: sed omnia crudelia portentosaq;. Bilis latine/græce colera dicitur: & est rubea & nigra. Præcordia bile infecit. Cerulea. i. ferruginea. celeresq; innexuit alas. Velox etenim mors est.

Hęc fuga iusticiæ nostris mala cuncta diebus
Intulit: hæc abiens nobis monimenta reliquit:
Quæ Patres ab Auis & Nati a Patribus omnes
In seriem mittunt per sæcula longa Nepotū.
Hoc viciū prima veniens ab origine/sumpsit
Fomitis & duri nomen crudele Tyranni.
Nam scelere accendit flāmas: & colla superbis
Imperijs humana premit: Cocytidas undas
Lethæosq; amnes spargit: Stygiumq; venenū.
Hos Superæ facit immeros: curasq; nocentes
Ingerit: his animos audacibus incitat ausis:
His Phlegethontes iras inspirat: olentem
Cyprigenam fraudū matrē: cui cuncta veneni
Nota ministeria & Phœbeæ carmina Circes
Semp habet comitē: primę hæc discrimina culpe

PARTHENICES PRIMAE

Propterea magnū dixere Promethea : Vates
 Dum studet æthereis furari e nubibus ignem /
 In nostras traxisse domos morbumq; necemq; .

Hæc fuga mortem intulit & cuncta mala : quæ Patres ab
 Auis & Nati filij a Patribus mittunt in seriẽ Nepotum . Hoc vi
 cium fomitis duri : & nom en crudele Tyranni sumpsit veniẽs
 a prima origine . Superbia Tyrannor; ab hoc fomite venit p
 mens superbis imperijs hominũ colla . Hinc contemptus Su
 peror; . incitatq; animũ audacibus ausis . tũ iras / tum Venerẽ
 idest Luxuriam quæ Tyrannos comitatur . Venus ex spu
 ma maris & Coeli pudendis abscis a Saturno pcreata / primo i
 concha ad litrus Cypri insule delata : præcipue in ea insula cul
 ta fuit q̄aris & i Eryce Siciliẽ & i Cythera & Syria frequẽsho
 nores habuerit . Cic . scribit quatuor Veneres ex quibus illa se
 cūda ẽ . Dicit Poeta Venerẽ fraudũ matrẽ & veneficã cui nota
 cuncta venena : & carmina Phœbeq; Circes idest Solis filiẽ .
 Prometheus Iapeti filius / ignẽ furto sublatũ hoibus tradidit
 unde Dij irati (secundum fabulas) morbos febresq; homini
 bus imiserunt . ut canit Hesiodus per Pandoram .

Venus

Eryx
 Cythera

Prometh
 eu;

Hesiodus

His igitur ne membra malis obnoxia sanctæ
 Parthenices essent / ista Pater obstitit arte.
 Ante tener sacra foetus q̄ viueret aluo
 Conceptus ne prima nouos exordia pullis
 Induerent maculis : mens ne sincera nitensq;
 Cõmunem imbiberet labem : ne pigra liquore
 pectora Lethæo fierent : quæ lactea magno
 Pabula & amplexus fuerant latura Tonanti :
 Semine confusas sordes & virus inustum
 Diffecuit : felici anima mox imbuit artus .

His igitur . Pater anteq; foetus viueret in aluo materno / ne
 mens cõmunem imbiberet labem : ne pectora fierent nigra . i .
 polluta . quæ erant prebitura pabula verbo diuino : ipse disse
 cuit sordes & virus inustum id est venenũ originalis culpæ q̄
 dissecto statim infundit animã felicibus mēbris culpa vacatibus
 Sunt tamen audentes contra sentire : nec illos
 Incusamus ; habent quo se tueantur ; & olim

Ista hominū cōmunis erat sententiā : verum
 iam senio exanguis frigans sua robora sensim
 perdit : et amissa iam maiestate recedit
 Sponte sua : ceditq; nouo Latonia Phœbo .
 At quomiam sacrę legis de fontibus hausta
 Creditur : ex omni nondū est explosa theatro :
 Iudicio nec dum sancti damnata senatus
 Qui vaticani Romana palacia saxi /
 Et piscosa regunt sulcantem cerula puppim /

Sunt tamē audentes . Tangit mltos ex Christianis Docto
 ribus cōtraria sentire & olim sensisse : sed sensim .i. paulatī vi
 res pdidit : & iam cedit Latonia .i. Luna Phœbo .i. Soli . Attū
 quia ex fontibus legis testimonia habet / nōdū est explosa iu
 dicio sancti senatus : q; regit vaticani palacia saxi .i. ædis S. Pe
 tri quę i vaticano est . Vaticanus collis appellatus est : q; eo
 potitus sit pp̄s Romanus Vatū rīso expulsis Ethruscis . Fcst.

Vaticāus

Sed prior ut nobis æquum sentire videtur
 Dignior est : et grata magis Nato atq; Parenti :
 Nam legi assurgens Marię decus addit : opusq;
 Materna dignum attribuit pietate Tonanti .
 Addeq; et multis fert adiumenta : fidemq;
 Roborat infirmam : nam nec venisse sub aluū
 Sorde laborantem tali sublimia cęli
 Numina non nulli ingenio prestante putarūt .
 Relligio maior : pietas animosior istam
 Consumata fides legumq; pericia fecit .
 Altera verborum textum et fastigia tantum
 Summa videns / abstrusa Dei misteria nescit .
 Quod si siderei tanto splendoris honore
 Fulget : ut æterno qui temperat ordine mundū
 Gestarit gremio : lactauerit ubere : dulci
 Strixerit amplexu : sūmoq; vocauerit olympto
 Bi.

PARTHENICES

PRIMAE

Quare illā in nostras opus est detrudere sordes :
 Et turpi incestare luto : mortalibus equas
 Cui Pater ethereas mentes subiecit et astra :
 Scrutandum potius si quæ præconia iungas
 Eius ad inuentas per plurima sæcula laudes .
 Nulli adeo viuax animi solercia nulli
 Tam felix aderit florentis gloria lingue /
 Vt Mariæ possit Laudes equare loquendo .
 Quæ data sunt illi / nuncq̃ mortalibus ullis
 Antea concessit : nec post concedet Olympus
 Quāuis Creta Ioui Corybancia cymbala pulset
 Festaq̃ Tyrsifero celebrarit Græcia Patri .

Sed prior ut Primā sententiā digniorē ostendit / dignitati
 beatissimæ Virginis plus conuenientē : Patri cum Filio magis
 gratā : multisq̃ argumentis probat : tū cōcludit nemini adeo
 viuacē solercia adesse ut digne Mariā laudare possit . Quāuis
 Creta Ioui Choribancia cymbala pulset . Hunc sanctum diuæ
 Parthenices Cōceptū Iacobus Vuipfelingus Sletstatinus Ele-
 giaco carmine / cui de triplici Mariæ candore nomē titulūq̃ de-
 dit typis scholasticis Theologorūq̃ p̃claris sententijs ac tribus
 miracul nō minus pulchre q̃ luculēt p̃ ceteris explicuit . Satur-
 nus frater Atlantis p̃cipua impietate auariciæq̃ p̃ditus / uxore
 cepit Rheā sororē : ex qua ortus Iupiter / Olympus postea vo-
 catus . Fuit alter Iupiter Cœli frater q̃ in Creta insula regnavit
 multo gl̃ia inferior posteriori : hic . n̄ ipauit orbi : superior Cre-
 tē tū . Solent Poetæ uni attribuere q̃d singuli gesserunt . Satur-
 nus filius mox Genitos deuorare solitus : Rheā Ioue genito la-
 pidē Saturno deuorandū tradidit : Iouē ablegauit : ad quā rē
 adiutores Curetas assūpsit : illi cū tympanis taliq̃ strepitu armiso
 nātiq̃ chorea tumultuātes deā curiose circūstetere sūt saturnus
 attonitus auullū ignoraret Infantē . Sūt autē & hij Corybātes
 q̃ in matris Deorū sacrificijs saltantes casti & pueri sunt assūpti
 Ideo autē Corybantes appellari : quia in saltādū capita iactent
 q̃d coribin dicitur . Hinc q̃ capita saltādo iactāt & Numine as-
 pirantur & furij agitātur . Corybantiare dicimus Κορυβαν-
 τισμός est insanio : caput iacto . Tympana & cymbala sunt
 Corybantiū tubæ , Tympanū maius maiore sonum cymbalo

Saturnus
 Atlas

Rhea

Chorybā
 tes
 Chorybā
 tiare

Timpanū
 Cymbalū

Iacobus
 Vuimfeli

Diador .

Catullus. facit Catullus. Vbi Cymbalum sonat nox ubi Tympana re-
 strabo boant. superiora Strabo. Bacchus qui & Dionysius in cho-
 reis & mulier; thialis summa in voluptate & ludo enutritus sce-
 minar; exercitu quas Thyrsis armauit orbē circuit. Eos qui
 pie iusteq; viuerēt sacra misteriaq; docens. Festos p̄terea ubiq;
 dies publice choros agi & musicā exerceri artē instituit. Diod-
 orus autor. Ideo Tyrsiferū Patrē dixit. Est autē Thyrsus hasta
 pampinis seu hederis iuoluta mucrone tecto: unde tanquam
 imbelles spernebantur Bacchide.

Bacchus.
 Dionysius

Diodor.!

Quot miseros pelagi nautas subtraxit ab undis?
 Cum iam precipites fluctus Aquilonis et Austri
 Viribus aduersis cęlo equarentur: et ipsa
 Transra per effusi certissima fata tulissent,
 Quot traiecta graui seruauit pectora telo?
 Pectora: Pconias que non valere per artes
 Restitui: nec opis nostrę poscencia quicq;
 Quotq; eciam tetro squalentes carcere fractis
 Ocius obijcibus manicisq; resoluit ahenis?
 Quot famis exhaustos macie vix egra trahentes
 Membra: datis celo dapibus: miserata reduxit.
 Robur in antiquū, viresq; refudit in artus?
 Nec minus ingenti viciorum mole sepultos
 Infixosq; luto / et toto tellure iacentes /
 Corpore diuini lustrauit Numinis aura.
 Propterea totum surgencia templa per orbem /
 Illius immensam laudem: regniq; perennis
 Perpetuos falces: et sine carencia iura
 In nostūq; genus summum testantur amorem.
 Ipsa est aduersis commune in rebus Asylum:
 Ante preces eciam nec dum obsecrata fauorem
 Donat: et ad miseros maternas explicat ulnas.

Quot miseros pelagi. Ostendit auxilia pręstata hominibus
 p̄ beatissimā gloriosissimāq; v̄ginē Mariā nauigantibus / vult
 neratis vincularis tum fame cōsumptis peccatisq; oppressis.

Bij.

PARTHENICES

PRIMAE

Peon

Peon Phoebus pater Aesculapij; ab eo Peonia herba Plin. teste dicitur. Vnde peonias artes .i. medicas. Virgil. Peonijs reuocatū herbis & amore Dianę. Manicę sunt vincula manuū uti

Manicę
Falces

pedicę pedum. Falces insignia magistratuum. Virgilius Idem falcesq; videre receptas Consulis imperium.

Quid niuis estiuę pluuias? quid moenia dicam
Littore Piceno impensis communibus orbis
Condita: et Adriaco transuecta cubicula pōto?

Picenum:

Quid niuis. Templū Marię de Niue dicit quā ad presepe dicunt vulgo maiorē in urbe Romana ob niuē Augusto mense insolitā; quā in Vrbe cecidisse dicunt. Oñdit loca in quibus p̄cipue in Italia beatissima Virgo colitur. Qu. d. moenia dicant id est Mariā de Loreto dicunt in littore Piceno iuxta mare Adriaticū. Picenū igitur post Vmbrię ciuitates q̄ inter Ariminū Anconęq; iacet extenditur. Profecti sunt autē Picenia Sabinorum terra: qui cum ductu & auspicio Pici iter ineuntibus auctoribus proficiscerentur/nomē deinde nacti fuere. Auē. n. istā Marti dicaram vetus opinio est. Strabo Pliniusq; auctores

Adria

Adria colonia Etruscoꝝ mari Adriatico nomen dedit. Auctor Plinius. Cubiculū diuę genitricis Marię per mare Adriaticum aduectū templum habet preciosum in Piceno littore.

Quidue fluentinas cedes delubraq; donis
Aucta peregrinis referam? Siculisq; sedentem
Littoribus Drepani molē? qua maximus olim
Celicolum & legis custos Albertus auitos
Æquauit patres: patriamq; accepit Olympo:
Et custoditæ æternum pietatis honorem.

Drepanū.

Quidue fluentinas. Intellego templū Marię qd Reparatae vocant in urbe Florentina Thufcię. Plinius enumerās Thufcos dicit Clusini noui. Clusini veteres Fluentini p̄fluente Arno appositi: Fesulę Ferentinū: Fescennia Hortanū: Herbanū Nepe: Arnus Florentiæ moenia alluit. Drepanū Sicilię oppidū est Ptholemeo auctore haud lōge ab Eryce mōte transmontoriū Lilybeū: v̄pa curuitate littoris in quo sita est: siue a falce. Dicit eam falcē qua Saturnus Cælo pudibunda abscidit / in mare proiectā ad eum locū venisse. Ciuitas Catana eo loco sita est: in qua diuus Albertus Carmelitar: Antistes: eiusdem religionis fundamēta i Europa posuit: quę Poeta hic celebrat.

Catana
Albertus.

Strabo Plinius Idem

Plinius
Virgil.

Idem

Strabo
Plinius
Idem

Pthlomo
us

Perpetuos igitur merito soluemus honores:
 Conceptusq; die venient ad templa quotannis
 Orgia: et eterno Marię primordia ritu
 Annuus ardentis cultus reuocabit ad aras
 Cum pius hibernum Chiron Titana premebat:
 Cui comes in lucem nitidis argenteus alis
 Ibat olor: pheboq; suos c edebat honores.
 Quom fecunda sibi concepto semine mater
 Diuinum illabi coepit sentire fauorem.

Perpetuos igitur. Orgia pprie festa dicuntur græce ὄργια. **Orgia:**
 Celebratē concepcōis Marię annuo celebrandā designat: eo
 tempore quo Chiron Centaurus p̄mit Titana Hibernū. i. At
 lantē Sole Sagittarij signū tenente a tū. n. Hyginio testē exo
 ritur Chiron. Chiron Saturni & Phyliræ filius: qnon solū **Chiron**
 Centauros sed ceteros quoq; hoīes iusticia supasse dicitur. Es
 culapium & Achillē nutrisse existimatur. Apud hūc cū Hercu
 les duertetur & simul cum Chirone sedens sagittas conside
 raret: fertur una earū sup sedem cecidisse Chironis: & ita eum
 interfocisse. Hyginus autor. Virgilis. Phyllirides Chiron
 Amithaoniūq; Melampus. Nauigauit cū Argonautis: unde
 Orpheus iustissimū Centauroꝝ appellat. Herbam Centaureā
 comperit. Plinio teste libro xxv. naturalis historię: q̄a vul
 nere cōtracto curatū dicit Plinius. Ouidius ex vulnere mor
 tuū dicit. Ipse etiā lectas Pegaseis collibus herbas Temperat
 & vana vulnera mulcet ope: Tū nona dies aderat cum tu iustif
 sime Chiron Bis septem stellis corpore cinctus eras. Oritur cū
 Sagittario & Scorpione. Olor græce cygnus Iouem in for
 ma cygni cum Leda concubuisse/ quæ duo oua peperit ex quo
 rnm uno Castor & Pollux / ex altero Helena & Clytemnestra **Olor**
Cygnus
 Hyginus Iouem Nemesis amasse dicit: a qua cum asperna
 retur se in cygnum mutauit. Venus autē aquilam simulans /
 enim in sinum fugauit Nemesis: quam dormientē compressit
 ipse autem auolauit: tum e factō cygnum volantem & aquilā
 consequentem collocauit in mundo. Nemesis onum procrea
 uit: quod Mercurius auferens detulit Spastam: & Ledæ sedē
 ti proiecit in gremiū: ex quo nascitur Helena ceteris corporis
 speie præstans. Exoritur autem ut supra dictum est. Phebo
 q; suor c edebat honores cum Capricorno.

Hygini
suIdem
VirgiliusPlinius
Ouidius.

Hyginus

PARTHENICES PRIMAE

Et iam signiferum nouies Iustrauerat orbem
 Lucida maturos soluens Latonia partus:
 Conuenere nurus: circumfusęq; iacenti
 Mite puerperium Matri: dextroq; rogabant
 Sidere vitales fetum prodire sub auras

Zodiacus Et iam signifer. i. Zodiacum circulum. Latonia. i. Diana a matre Latona Cei filia ex qua Iupiter Apollinē & Dianā genuit. Virgilius. Astros decus & nemoꝝ Latonia custos.

Vigilis

Ceteris animantibus statutu & partendi & partus ægerendi tempus est: Homo toto anno & incerto gignitur spacio: alius septimo mense/alius octauo & usq; ad inicia decimi undecimę: ante septimū haud unq; vitalis est. Plinius.

Plinius

Læcior Eoos proles Hyperionis ardens /
 Alipedes iungebat equos: postremaq; sanctę
 Erigones iam regna legens: vicina Coronę
 Sidera et Alcidem geminos q; interiacet angues
 Ad Superos nigro secum reuocabat ab Orco
 Portitor Helleus nitido cum Gorgonis ore
 Stellatę dux noctis erat: cum Pistrice: longo
 Eridanus tractu claris lucebat in astris /

Celus
 Titea

Læcior Eoos. Sole in extrema parte Virginis cōstituto nata est beatissima Parthenice. Celus ex pluribus uxoribus suscepit filios quinq; & quadraginta: hos decē & septem ex Titea ortos proprio nomine singulos/ cōmuni autē oēs a Matre appellauit Titanas. Genuit quoq; filias: quas duę Regina & Rhea (quā Pandoram dixere) superiores ætate ceteris quæserunt clariore. Regina Fratres omnes educauit. Hęc post obitum Patris regnū cepit virgo nupsit postea Hyperioni Fratri ex quo duos peperit liberos Solem & Lunam. Ergo Sol ples Hyperionis læcior ardens. i. flagrans iungebat alipedes. i. ueloces equos Eoos. i. orientales postremaq; sanctę Erigones. i. Virginis ultimis in ptibus constitutus hoc est in mense Septembri quo festum colimus beatissimę Parthenices.

Diodor.

Rhea
 Pandora.
 Regina

Erigone

Erigone filia Icari: quę a pastoribus Atheniesibus occisum scribit Hyginus: cum uinum eis tradidisset bibendū: & aliq;

LIBER .I. FOL XII.

ex eis somno sopiti: alij vero haud ut decebat loquerentur: ob
nimitiū potum: reliqui credentes venenum eis tradidisse Icarus
interfecerunt: quem Filia auxilio canis (cui Mera fuit nomē)
tandē post longas lachrimas inueniens sepultū sub arbore / in
eadem se suspendit: cui canis mortuæ suo spiritu parentauit.
Quorum casum Iupiter miseratus in astris corpora eorū de-
formauit: Itaq; multi Icarum Bootem / Erigonem Virginē
nominauerunt. Canem autem sua appellacione & specie cani-
culam dixerunt: quæ a Græcis / quæ ante maiorem Canem exo-
ritur Procyon appellatur: græce Πρόκυον.

Coronam humero sinistro prope contingere arctophylax
videtur: quæ ante Engonasin dextrī pedis calce coniungit:
hæc Cancro & Leone exoriente / occidere: cum Scorpione ex-
oriri perspiciunt. Habet autem stellas nouem in rotundo dispo-
sitas: sed ex hijs tres clarius ceteris lucentes. Hęc existimatur
Ariadne fuisse Minois filia: quam a Venere dono accepit cum
Libero in Dya insula nuberet. Hyginus.

Alcydes id est Hercules. Hunc Eratosthenes dicit supra dra-
conem collocatum. eumq; paratum ad decerrandum: sinistra
manu pellē leonis dextera clauā tenentē: conaturq; interficere
Draconem Hesperidum custodem. Horum pugnā Iupiter ad-
miratus / inter astra constituit. Draco inter duas arctos col-
locatus videtur: sinu factō Arcton minorem ita concludere /
ut penepedes eius tangere videatur: cauda autem flexa caput
maioris attingere: suo capite tanq; reducto circulum articum
attingens. Dicit Baptista noster. & Alcydem id est Herculem
geminos qui interiacet angues id est inter Draconem & Hyd-
ram: quæ trium signorū longitudinem occupat: Cancrī Leo-
nis & Virginis. Hęc ex Hyginio. Dicit Poeta noster. Iā Sol
in Virgines postremis partibus reuocabat a nigro orco id est
ab inferiori hemispherio sidera vicina Coronæ: & Alcyden qui
interiacet geminos angues serpentem id est inter & Hydram.
Exoriuntur autem Sole in Virgine: Hydra sine Crateris / &
Canis totus & nauis Argo sine tocuis veli. Portitor Hel-
leus id est Aries nitido cū Gorgonis ore erat dux stellatę noc-
tis. Zodiaci dispositio sic se habet: ut semper sex signa sint
supra nostrum aspectum: sex vero infra Orizonta. Vnde So-
le existente in fine Virginis / Solis in occasu incipit Aries ori-
ri pro quota porcionis: qua Sol est in Virgine moraturus:
videturq; in parte horoscopante: tum reliqua signa Taurus
Gemini Cancer Leo & descriptæ per Solem partes Virginis.

Hygini
su

Coronæ

Alcydes

PARTHENICES PRIMAE

Achamas.
Phryxus
Helle
Perseus
Danae.
Pisatrix.
Eridanus
Orion.
Natiuitas
Parthenices

Aries Phryxū & Hellen Athamantis trātulisse dicitur : sed Helle in pontū decidit : unde Helleponto nomen : cōp̄samēq; ab Nepruno Peona procreasse : nōnulli Edoñū dixerunt : Præterea Phryxū incolumē ad Aetam puenisse & arietē Ioui imolasse : pellē in templo fixisse : & arietis effigiem inter sidera cōstitutam. Hyginus Strabo meminerunt. Perseus Iouis & Danaes filius : auxilio Palladis cuius scuto crystallino usus tū Mercurij falcato ense Medusam Gorgona interfecit. Iupiter eū cum capite Gorgonis in coelū transtulit. Exoritur autē cū ariete Persei caput usq; ad umbilicū. Pisatrix a media cauda dicitur ab hiemali circulo spectans ad exortus prope arietis pedem iungens : huius priorē ptē corporis q̄ spectat ad exortus prope alluere flumen Eridani videtur : exoritur cū Geminis. Cetus hica Nepruno missus fuit ut Andromedā interficeret : sed a Perseo interfectus / ppter imanitatē corporis & illius virtutem inter sidera collocatus. Hyginus autor. Ideo dicit Poeta cū Pistice longo. Virgilius. immani corpore Pisatrix.

Eridanus a sinistro pede profectus Orionis & pueniens usq; ad Pistricem : rursus diffunditur usq; ad leporis pedes & protenus ad antarcticum tendit circulum. Exoritur cum Geminis & Cancro totus apparet. Hyginus autor.

Strabo

Hygini
Virgil

Hygin.

Quom noua progenies felicibus edita fati s
Pnebeam pri mum lucem mortaliacq; ora
Vidit : et humane transmissio limine vite
Decidit in patriam luctus regnumq; laborum .
Quo noua . Situs astroz sic se habuit in natali beatissima
Parthenices cum ipsa decidit in patriam luctus id est terras reg
num q; laborum ide est vallem ærumnarz.
Candida nascentem mox ut videre puellam /
Omnia iucundo fulserunt sidera celo :
Arrifere poli : summoq; auditus ab axe
Concentus : proliq; noue Paena canorum /
Argutumq; melos Diui cecinere : paternas
Velarunt aulea domos : pendebat in illis
Longa Patrum series : primiq; parentis origo :
Et colubri delusa dolis stringebat eburna
Poma manu virgo : gladio parani phus & igne

Exilio damnabat auos, Adolebat ad aras
 Pinguia sacra puer flamma stridente: supinos
 Tollebat vultus & Numina sancta colebat.
 Annosiq; senes stabant cum prole. Columnas
 Vnam perpetui de marmore roboris / unam
 Fictilibus muris Plastes formabat: aquarū
 Flammarūq; minas contra: quia nouerat olim

Papinius,

Candida nascentē. Pæan genus Catiline. Papinius Peanes
 dixit in viij. Theb. ubiq; resonant Peanes. Describit ornatū
 domus paternæ ob faustum partū virginis Marię. Aulęa ve-
 lamina picturis intexta, eo q; primo Romani ea iuenerē in au-
 la Regis Pergami qui po Ro scripsit heredem. Virgilius. Pur-
 puraq; intexti tollant aulęa Britanni. His intextus Adam cū
 Coniuge: ipseq; Abelus quem sacrificantē Parentibus iunctū
 simulq; stantes inducit Poeta. Duę columnę in quibus artis
 Musicę monumenta insculpta erant: una fictilis contra incen-
 dia / altera marmorea contra aquas: quoniā his duobus ele-
 mentis mundus periturus erat. Iosepus autor. Is fuit Iubal
 pater canencium in Cythara & Organo.

Pæan.

Aulęum
Aulęa.

Virgil.

Iosepus.

Ventura excidio terrę Neptunia regna
 Vulcaniq; graues ęstus: puerile secutus
 Obsequiū senior / quernę sub tegmine frondis
 Deplorabat auū: cęco quem fixerat arcu.

Neptunia regna. Diluuiō aquarū & ęstus Vulcani .i. igniū
 Lamech ductu Iuuenis Cain sagitta interfecit: serā ęstimans i-
 ter fructera ambulāntem: cognōscensq; delictum Iuuenem pa-
 riter occidit. Iosepo autore.

Et Faber incudem feriens: & follibus actis
 Aera coquens: ferrum varios conflat in usus;
 Sola mari in toto super al ta cacumina puppis
 Nabat: & umbriferę pascebant æquora nubes:
 Vitifator pater mīti delusus lacho /

Idem
Hierony-
mus

Monstrat nudum pueris ridentibus inguen
 Tubalcayn primū fabrę Iosepus scribit & Hieron. li. Gen.
 Primus hic undosum sulcauit nauibus æquor:

C. i.

PARTHENICES PRIMAE

Quamuis prima ratis credatur Iasonis Argo.
 Primus hic effossa vitem supponere terra
 Cepit: & apricis mites de collibus uvas
 Tollere: Dirceō licet hęc sit gloria Baccho.
 Ardua terrigenę voluebant saxa Gigantes:
 Conati molem Superis equare superbam.
 Lanigeras Abrahamus oues per littora pascens,
 Sacra dabat: saxoq; gemens pudibunda secabat.
 Letior adducta Medo remeabat ab orbe
 Cum consorte puer: cęliq; ex arce pluebat
 Sulphur: & ęthereis ardebant ignibus urbes.
 Bisseni patres longa cum stirpe nepotum
 Pabulac; Aegipto seruans p̄sagus Ioseph
 Frigida defuncti referebant ossa parentis
 Regna nouis fugiens longe perterrita monst̄ris

Aeson.
 Iason

Primus hic. De Noe dicit & archa quam primā nauim dicit
 fuisse: quāuis Argo nauis Iasonis & Argonautar; p̄ria dicatur
 fuisse a Gentilibus. Iason Aesonis filius: nepos Pelicę Theſſ
 alor; Regis aliquid agere optans memoria dignū ex superior;
 exemplo / maxime Perſei alior;q; pluriū quos p̄pter externas
 expeditiones gesta; p̄reclara / immortalē gloriam affecutos
 intelligebat: missus ergo a Pelia / qui de eo perdendo cogita
 uerat / in Pontū nauigauit ad vellus aureū in Colchide repeten
 dum: allectis in societate p̄stantissimis Græcor;: equibus
 quatuor & qui quaginta elegit: it̄ quos clarissimi erāt Castor &
 Pollux: Hercules: Thelamon: Orpheus: Atalanta; Schinei.
 Nauis Arga dicta vel ab eius architecto: vel ut ali; ab eius ve
 locitate / quam antiqui Argon appellabant. ex Diodoro.

Diodor.

Antiopa.
 Niſteus
 Amphio.
 Zethus

Lycus.
 Epopeus.

Dirceus Bacchus id est Thebanus a fonte in quē Dirce mu
 tata fuit. Antiopa Niſtei filia a Ioue compressa est mutato
 in formam Satyri fugiens iram paternam ad Epopeum Sicyo
 num Regem se contulit: ubi Amphionem & Zethum peperit
 exposuitq; in montē Cytheron: bubulcus reperit educauitq;
 Niſteus p̄ dolore moriens amissa filia Lycum fratrem roga
 uit ut Antiopen recuperaret: ille ducto exercitu Epopeū inter
 fecit: victum captiuamq; duxit Anthiopen: quam Dirce uxo

LIBER .I. FOL XIII.

ri custodiendam commisit: ea defugit inuentis filijs in Cythere Dirce.
 ronem: eos ad iniuriam Dirces ulciscendam impulit. Amphion & Zethus a Luocato Lyco pollicebantur Anthiopen fugitiuam reddituros: ut ea spe deceptum supplicio afficerent. Mercurius a Ioue missus ut Lyci poena abstinere: iussitq; Lycu regnum eis tradere. Dirce cauda equestris equi discipula est:

Ouidius. Antiqui nomen dedit. Ouidius. Ut tracta est coniunx imperiosa Lyci. Apoloni in quarto Argonauticon. Homerus in undecimo Odissæ scribit Anthiopen Asopi filiam. Ouidius alteram Asopi filiam putat: cum qua Iupiter rem habuit sub ignis specie. Gigantes. Nemrod turrim edificauit. in quo ædificando diuersitas linguarum creditur facta.

Nemrod.

Abrahamus primus cultor unius Dei: & Circumcisionis Antistes: ex Mesopotamia in Syriam migravit.

Abrahamus

Læcius. Jacob intelligo: vel seruum Abrahamæ cum Coniuge Isaac: & sic puer exponere id est seruus. Vrbes. Locum de celo tactu testatur humus nigra & cinere soluta. Duo ibi oppida Sodomum nominata alterque Gomorru. Solinus:

Solinus

Trans mare purpureum Nili ducebat ab oris
 Dux animo vultusq; pius magno agmine longum
 Vulgus: & erecti dirimebant equora fluctus.
 Ipse dabat sacros ritus: arcumq; locabat
 Legiferam: lateq; Arabum deserta paragrans
 Iusq; ferens populo sterili de marmore dulces
 Eliciebat aquas: optatos arida fontes
 Absorbebat humus: fugiensq; in gramina flumē
 Ibat & obliquo lambebat saxa recursum.

Trans mare purpureum id est rubrum. Mare Rubrum in duos scinditur sinus: quorum unus Persicus alter Arabicus dicitur. Per sinum Arabicum duxit Moses populum Iudaicum ex Aegypto. Ultra Iudeam & Cœlosyriam usque in Babyloniam & fluuialem Euphratis regionem Austrius tota est Arabia: exceptis Sceneticis: qui sunt in Mesopotamia. Vltior Euphratis regio quæ ad eius hostiam a Babylonis incolitur & Chaldeo gente: quæ post Mesopotamiam sunt usque in Cœlosyriam flumini proxima & Mesopotamiam Arabes Sceneticæ obtinent per quas quædam potestias in sterilibus locis propter aquarum inopiam partiti. Ultra hos deserta sunt haud exigua: in his desertis populus quædraginta annos a Deo pastus

Arabia

Cij.

PARTHENICES

PRIMAE

fuit. Quæ vero his iam australiora sunt / ab his tenentur qui
 felicem Arabiam incolunt. Cuius septentrionale latus faciunt
 antedicta deserta. Orientale Persicus sinus: Occidentale Ara-
 bicus: Australe mare magnum: quod extra utrumque sinum est
 idque totum mare Rubrum vocatur. Strabo Ptholemeusque.

Strabo
 Pthlome-
 us

Culmina Pancheos tollebant ardua montes:
 Turriferaeque iugis haerentia nubila supra
 Igne Deus fumoque latens in vertice summo
 Scribebat legis duplici noua fœdera saxo.

Panchaia. Culmina. Panchaia regiuncula est Sabæ in Arabia. in qua
 arbores sponte natae tus emittunt. Virgil. in Geor. Totaque
 Turiferis Panchaia pinguis arena. & in primo. solis est tura
 virga Sabæis. Tura præter Arabiam nullis: ac ne Arabiæ quæ
 uniuersæ. Iuba tradit Plinio autore. arbor esse contorti cau-
 tus

Virgilis.

Plinius

Solinus?

Plinius

Inuisam Superis gentem semetque superbam
 Concaua terribili tellus sorbebat hiatu:
 Clamabatque ruens iam semisepultus Abyron.
 Impia sublimes vitulos statuasque bicornem
 Turba Deum mentita: manus tollebat & ora:
 Strenuus indigenas populos abigebat Iesus:
 Parta suis equo permensus limite regna.
 Inde Senatorum turbam Regesque togatos:
 Atque Sacerdotum seriem: partosque triumphos:
 Bellaque & ætherio surgentia templa Tonanti:
 Et docti Salomonis opes: Roboramque superbam
 Palladia textor filis intexerat arte.
 Ezechie illustres morbos solemque reuersum
 Et Phæthonteos versis temonibus axes
 Ferre suos retro cursus iterumque relabi /
 Ostendebat opus longæua in secula ductum:
 Hinc Eleazarus diuina volumina Regi

Tradebat Phario: senibus distincta magistris

Inuisam Superis gentē. Dathan & Abyron. Strenuus Iesus id est Iosue filius Nun. Diuisit Tribubus terrā expellendo Philisteos hoc est Palestinos. Senatorū turbam. Iudices dicit. Pallas Dea lanificijs præest tum ingenijs: natā. n. ex cerebro Iouis dicunt. Phaeton. Sunt qui Solem Phaetonta dicunt. autore Hygino. Phario Regi. i. ægyptio Ptholomeo

Hygini.
Pomponius

Tradebat Phario. i. Aegypcio. Pharos Pomponio teste nunc Alexandriæ ponte coniugitur: olim (ut Homericō carmine proditū est ab eisdē oris cursu diei totius abducta. Strabo Pharon insulā dicit distare a basi ipsius Deltæ / quod est a Pelusio usq; ad Canopicum os / stadjs C. & L. ipsum insulæ promontoriū est petra quædā mari circumlata: quæ turrim habet multis tabulatis excelsum: & albo lapide mirifice structā eodem nomine quo insula. Eam Softratus Gnidius Regū amicis posuit ob nauigancium salutem: ut Epigramma declarat: scilicet. Softratus Gnidius Dexiphani filius: Dñs seruatoribus pro nauigantibus. Lucanus. Pharon insula quondam in medio stetit illa mari: sub tempore Vatis Proteos: at nūc est Pelleis proxima terris. Ex opposito enim Phari Alexander cōdidit Alexandriā Aegipti. Et ab hac Pharo loca in portibus lumen nocturnum præferencia Phari dicuntur. Ptholomeus Philadelphus cognoscendæ reꝝ studiosus: q̄ propter corporis imbecillitatem semper noui aliquid perquirebat in quo sese traduceret atq; oblectaret: misit litteras Eleazaro: tum summo Sacerdoti (p̄cerant enī hīj populo Iraheli post reuersionem in terram Iudææ post Babylonis captiuitatem) ut ei Interpretes legis Mosaicæ destinaret. Eleazarus missis ex singulis tribubus sex uiris / Alexandriæ legem in græcam linguā primo interpretati sunt. Vnde vulgatur illa septuaginta Interpretum apud Christicolos celebris fama.

Lucanus

Strabo

Iosephus

Tecta / voluptates varias: diuersaq; tempe
Multiplicesq; auuū plumas: & carnē habebāt.

Tecta voluptates. Descriptis lateribus aule: nunc tecta describit. Tempe locus Thessalię: Terremotibus factis Strabone autore / abrupta sunt quę nūc vocātur tempe: ab Olympo abscissa Ossa motibus: & hac Peneus effluxit i mare: & orā illā sicatā reddidit: & quia tū siluis tū montibus tū fluuio locus redditur amenissimus / p̄ ameno ponitur. Ouidius. Est nemus Hemoniēprupta qd undiq; claudit Silua: vocāt tempe Cij.

Strabo

Ouidius

Phaethon

Pharus

Softratus

Ptholomeus.

Tempe
Olympus
Ossa

PARTHENICES

PRIMAE

Prima coronarunt. Celebrabant Antiqui diem natalem in qua nati erant; gratias agentes Deo pro hac luce quā inspexerant: & coronis ac fertis decorabant limina domorum: amici amicis id agentibus munera mittebant. Testimonia sunt apud Marcialē & Iuuenalē: & is dies solemnis erat ut est apud Plin.

Mira supercilij grauitas: pondusq; venustae
Frontis: & eximia fulgentes indole uultus.
Suspensas hoim mentes atq; ora videntum
Per longas immota moras retinere solebant.
Non infesta fuit luctu: non ebria somno:
Sed vigilans risuq; genas ornata modesto.
Nūc matri aridebat ouans: nūc paruula tendēs
Brachia, vicino miscebat dulcia Patri
Murmura: dixisses studio gestire loquendi.
Temporis innocui nondum discesserat etas
Plenaq; iam docili formabat verba palato.

Cilium
Supercilij.

Mira supercilij grauitas. Indolē beatę Parthenices desctibit Extremā ambitū genę superioris antiq; ciliū vocauerunt: unde & supercilia de quibus Plin. Supercilia homini & piter & alterne mobilia & in his p; animi. Negamus an annuimus hęc maxime iudicāt. Fastus supbia aliubi conceptaculū / sed hic sedē habet: in corde nascitur: hic subit hic pēdet: nihil alcius simp; abruptius q; inuenit in corpore ubi solitaria esset. Pondusq; venustae. Plinius frontem alijs animantibus esse dicit: sed homini tantū Plinius tristitię hilaritatis clemētię seueritatis iudex in assensu eius.

Mos erat antiquis longum seruatus in guū /
Aede puellaris annos includere sacra:
Aetatemq; Deo teneram: primumq; dicare
Virginę florem vitę: & generare pudoris
Ingenui curam: sanctosq; inducere mores.
Mox ubi vestitum prima lanugine tempus
Venerat, in thalamos ibant Hymenęq; tecta:
Coniunctęq; viris: proli indulgere solebant.
Propterea Legum memores & moris auiti /

LIBER . I. FOL: XVII

Venturi Solymam trima cum Prole Parentes,
 Deseruere solum: Galileaq; Nazaret arua
 Floribus inte xtis & odoro gramine cinxit
 Virginis ora Parens: stellatae lumina frontis
 Herebant coelo: teneroq; in pectore clausum
 Numen erat: niueo tunicae talaris amictu
 Albebant humeri: quam circumtextus oliuae
 Laureus ambibat torques: ad colla per imas

Dicit Presentacionē beatę Parthenices i templū: ut rebus di
 uinis instrueretur / postea legitimo sociāda matrimonio.

In strophium flexis palma ibat frondibus oras:

Matris opus: molliq; sinus variauerat auro.

Ventū erat ad magni templū sublime Tonātis:

Quo ducūt ter quicq; gradus de marmore viuo:

Et iam porrectis curuabat prona lacertis

Serua manus: sūmum ad limen latura Puellā,

Cum mox virgineo conceptū pectore Numen

Affuit: & retrahens promptę sinuata Ministræ

Brachia / debilibus plantis animoq; vigorem

Addidit: & supra ætatem fiducia creuit.

Protulit audaces sublata Cyclade passus

In sublime volans Virgo: turbamq; relinquēs

Sicut ubi multæ volitant ad littora puppes:

Ocius illa subit portum / quę mole minori

Labitur & melius velis & remige fertur.

Vertice iam sūmo magni penes atria templi

Stabat: ubi ascensu fessos solata Parentes

Risit: & æternum curuato poplite Numen

Cum nuribus venerata pijs: in claustra recessit

Virgineę secreta domus: fleuere parentes

Cognataq; nurus: gemitūq; dedere ministræ,

Presenta
 cio Parthe
 nices.

PARTHENICES PRIMAE

Quando e conspectu vultus abitura nitentes
Vertit: & induxit sublatum in tecta sacerdos.

Strophium

Strophium fascia brevis: quae virginalē errorē cohibet pilla. Hoc dicit. humeri albebat amictu talaris tunica: quae tunicam torques laureus circumtextus oliuē ambibat ad colla: & palma ibat ad imas oras flexis frondibus in strophium id est versus fasciam ubere: vel in strophium id est coronam. Plinius tenuioribus coronis Antiqui utebantur strophia appellantes: unde nata strophiola. Quin & vocabulū ipsum tarde inde comunicatum est: inter sacra tantū & bellicos honores coronis suum nomen vindicantibus. Cum pro a floribus fierent ferta / a ferendo appellabantur: Plin. li. xxi.

Pro oeconomia hoc est dispositione carminis Poeta iuducit tres virtutes theologicas Fidem: Spem: Charitatē cū quatuor (quae Cardineas dicunt) aduenisse ad habitaculū Parthenices.

Tres una comites habitant Eros / Elpora / Pistis / Sidereus fronti quibus est nitor: aurea primae Vestis & ardenti pictum face pectus & igne.

Ast aliam celi vultus imitata serenos

Lena tegit: quam corda manus intexta supine
Tollentes sparsim variant. Toga pistios artus
Candida & argenti niueo splendore coruscans
Nocturneque fugans umbras caliginis ambit.
Multa sinus & colla virens ornabat Iaspis:

Que nigros abigit lemures: vanumque timorem.

Tres una Comites. εἶπος amor in bonam partem & ponit pro Charitate. εἰσπορη Elpora id est Spes. Pistis Fides: & primo vestem charitatis seu amoris: deinde spei: tum fidei describit. Lena genus vestis a lana dicta Varrone teste de lingua latina. Persius hic aliquis cui circa humeros Ianthina lena.

Lena

Toga Iaspis

Lemures.
Larua

Toga a tegendo. Varro & est Romanorum. Virens Iaspis Plinius de generibus Iaspidum. dicit genus unum esse simile Smaragdo. Vnde apte virens dicit Poeta. Quae nigros abigit Lemures: Laruae nocturnae & terrificaciones imaginum & bestiarum dicebant Lemures pluriue tantum. Horacius in Epistolis Nocturnos Lemures portetque Thessala rides. Apuleius de Deo Socratis dicit aliquibus videri animam hominis exutum

Plinius

Varro
Persius

Plinius

Horacius
Apuleius

& liberum stipendijs vitæ: Lemurem dictatum. Ex hisce et
 go Lemuribus / qui posterioribus suis curâ sortitus / pacato &
 quieto Numine domū possidet / Lar dicitur familiaris. Qui **Lar**
 vero propter aduersa vitæ merita nullis bonis sedibus: inter
 vagacione ceu quodâ exilio punitur: inane terriculamentum
 bonis hominibus: ceteris noxium malis: hunc plerique Laruā
 perhibent: cōmuni autē vocabulo Dīj Manes dicuntur. **Manes.**
Marbodeus de gemmis. Et sicut perhibent fantasmata noxia pellit
 De Iaspide.

Prima patris summi stirps immortalis: & cū
 Non metuens: annis aliq̄ longaq̄ senectā
 Interitum passurę olim / quom cardine fixo
 Per sua cessabit vestigia currere mundus.

Parthenices iste venturę ad limina Nymphę
 Prima Patris summi. Dicit Amorem nunc̄: interiturum:
 Spem autem & Fidem interitum passuras.

Quatuor egregias secum traxere sorores:
 pulchram Metriotē: Phrenandreamq̄ potentē
 Viribus: atq̄ graui lites componere doctam
 Voce Dicalpoliam: memoriq̄ futura videntem
 Mente Prometheā: summo genus æthere missum

Quatuor egregias Metriotem modestiam / Phrenandre-
 am fortitudinem / Dicalpoliam iusticiam / Prometheam pru-
 denciam α πο το προμηθεω quod est / provideo. Dicit
 superiores virtutes has quatuor secum duxisse ad templa Pa-
 nomphę Tonantis id est summi Dei: tum missā Siope famu-
 la ad thalamum Parthenices: & introduxisse eas ad Mariā: eā-
 q̄ docuisse actiones & opera singulaz̄ virtutū: & monuisse ut
 a fictis ac simulatis uirtutibus caueat.

Alta Panomphę subeuntes tecta Tonantis
 Ad Marię thalamos famulam misere Siopen:
 Quę progressa: citos ut mouit ad hostia passus
 Clausaq̄ per tenues vigilare cubicula rimas
 Vidit heras: nutu vocat: ingressumq̄ ministrat
 lam nocturna quies operas manuumq̄ labores

PARTHENICES

PRIMAE

Clauserat : & mollis per opaca cubilia somnus
 Miserat extinctis pallentes ignibus umbras .
 Ipsa diem tepidę reparabat lumine testę
 Primumq; patrum genesim : mundi; recētis

Panōphę
 us
 Siope .

Alta Panomphęi . Panomphęus Iouis est epitheton : q; ab
 omni lingua colatura πᾶν omne & ὅμφᾱ vox : vel qd oim
 voces audiat . Ouidius Metha . Ara Panomphęo vetus est sa .
 crata Tonanti . Siopen id est silenciū & πῶ το σιωπᾶω id
 est taceo . Virtutes misere famulam ad thalamū Parthenices : &
 describit noctis tempus quo hæc acta sunt .

Ouidius .

Et noua monstriferę repetens miracula virgę
 Noctis in occiduum prono iam vertice Calpen
 Insomnes taciti ducebat temporis horas .
 Oscula post & prima datę iam verba salutis :
 Amplexusq; pios : genus / antiquamq; suorum
 Progeniem : & studijs qbus oblectent : & artes
 Et varios mores diuersaq; nomina gentis
 Vt docuere suę : nostri vigilancius oris
 Effigiem dixere alto sub pectore serua :
 Nā quedā hostiles nostris sub vultibus umbre
 Humnas ambire solent & fallere mentes .

Calpe

Et noua monstriferę repetens &c . Virgam Moysi intelligo
 qua monstra operatus est apud Pharaonem Aegiptior; Regē .
 Calpe mons est circuitu quidem non magnus admodum :
 altitudine ingens & arrectus adeo / ut longinquis Insulę for-
 mam præferat : E nostro mari nauigantibus / hic ipse dexter
 offertur . Hunc & Abilycen opinari sunt : montem ex Aphrica
 procumbentem : Columnas Herculis esse : ad quas finem Oc-
 cidentis volunt . Strabo est auctor .

Strabo

Dūq; ita multiplices dant accipiuntq; loquelas
 Clara per Eoos fluctus Aurora rubebat :
 Flāma; surgebat niueis argentea bigis /
 Luciferi gelidos spargens in gramina rores .
 Et cupiens prolem dulcesq; reuisere nidos

Garrula sub lucem modulos iterabat hirundo.

Dicitur ita. Eous prima producta ab ἠώς q̄ est aurora deriuatur. Heous cū aspiratione ab ἠώς q̄ est oriēs prima cū ebreui. Vnde quod nos Hesperus Græci ἠώς ἠέρος dicunt id est heosperus. sic enim appellatur Lucifer quando occidit qñ autem oritur: q̄d latine Lucifer / græce φῶσ φῶρος dicitur

Marcialis
Papinius.
Virgilius

Vnde Marcialis. Cæsaris aduentu Phosphore redde diem. Papinius in Syluis. quinta vix Phosphoros hora Rorantē sternebat equum. Virgilius. Eoasq; domos Arabū pictosq; Gelones. Idem in eisdem Georgicis. Aut cum Sole nouo terras irrorat Heous. Garrula. Hirundo volucrum soli hirundinis flexuosi volatus: velox celeritas: q̄bus ex causis neq; rapine ceterasq; alitū obnoxia est. Eadē demū sola auiū nō nisi i volatu pascitur. Autor Plinius.

Eous

Heous

Lucifer

Hirundo.

Plinius

Tū Pater omnipotens ita compellare coeuos
Aggressus comites: regni quibus una potestas,
Quos res par cura tenet: nam nomina rebus
Plura tribus: tamē una subest essentia simplex,
Numina quę eterno mecū regnatis Olympo
Et quibus unus honos: eademq; potēcia mecū:
Principio informē grandī quom corpore massā
Fecimus: & cælum in latos sinuauimus orbis
Scitis ut a nobis animos & lumina vertens
Inq; suum conuersa decus propriumq; nitorem
Contemplata: graui sub pallida tartara casu
Spirituū pars magna ruit: quam sulfuris ardor
Sub nigris specubus tenet: eternumq; tenebit.
Nec dum Phœbus erat: nec claro Lucifer ore
Ante diem surgens primo rutilabat abortu:
Nondū mane rubens pulchros Aurora colores
Induerat: nec luna suos accenderat ignes /
Cum modo facta cohors turpē meditata rapinā
Imperium nostri sperare audebat Olympi.
Propterea immensum scelus indelebilis error

Aeternum durat : nec enim mutabilis illa est :
 Naturę sorti a genus : quo lapsa recessit
 Fixa manet : qđ mente semel complexa recepit
 Inconculsa tenet semper : nec amata relinquit /
 At neq; nos illi vota ad meliora fauemus.

Tum Pater omnipotens . Orat Pater cum Filio & Spiritu
 sancto : deliberans de incarnando Filio : ut per eum humanū
 genus liberetur : ut Angelorum chori per superbiam ad inferos
 lapsi / reparentur . Nam Angelorū voluntas cum se a Deo
 auerteret : fixa permansit in re amata : nec pœnitere valuit : un
 de ad inferos trusi sub nigris specubus tenentur : atq; indelebi
 lis eorum error semper durat . Nec enim mutabilis illa Angeli
 ca cohors est . Naturę sortita genus qđ lapsa recessit fixa manet .

Tunc hominem : meministis enī : qđ flectere sese
 Possset & a nobis animo verti atq; reuerti

Condidimus : magni qđ damna rependere casus
 Fas foret : & vacui complere sedilia cęli .

Et iam magna cohors hoim̄ / qbus ętheris arcę

Annuiamus : meret longas pertesa latebras :

Exilijq; rogat finem : sed debita primo

Pena vetat scelere : vocat hęc amor : inde reclamāt

Iusticię leges : negat hęc / petit ille fauorem .

13 Iudicium veros decet & clemencia Reges .

Sed neq; mortali poterit sata sanguine proles

Iusticię placare minas & soluere nodos .

Adde : quot a vanis terra est reuocanda Deorū

Cultibus : atq; Deo iam seruitura triformi .

Non opus humanis tractandum viribus istud :

Hoc opis est tantū nostrę : qui condidit orbem

Liberet : artificem qui fundamenta locauit

Instaurare domum decet & sarcire ruinam .

Nate mei speculum vultus & mentis imago :

Ars mea Nate precor terras inuise iacentes :
 Atq; tuis onus hoc humeris hanc suscipe curā .
 Illa puellares inter pulcherrima turbas
 Quę nobis tocienſq; manus tocienſq; ſupinam
 Attollit frontem : & tota ſuſpiria nocte
 Ingeminat vigilans terrenis libera curis /
 Orta tibi eſt : illam non aſpernabere Matrem .
 Poſt ubi tempus erit lateri contermina noſtro
 Fiet : & ingentes mundi tractabit habenas .

Tunc hominē . Cur homo factus ? Sed neq; mortali . Sed
 homo liberari non poteſt a puro homine : cum a cultu Idolo-
 rum reuocandum eſt genus humanum . Atq; Deo iam ſerui-
 tura triſormi id eſt trino in perſonis & uni in eſſencia .

Cernis ubi modico ſurgunt capitolia ſaxo
 Tempſa Iouis falſi : mediam qua diuidit Urbē
 Thybris & Etruſcos cū voluit in equora fontes ?
 Illa tui ſedes regni cum pulſa Deorum
 Turba / tibi veteres aras & templa relinquet .

Cernis ubi modico . Remuneracionem oſtendit . templa Io-
 uis falſi . Iupiter Capitolinus in Capitolio colebatur : quem
 Iouem optimum maximum Romani dixerunt . Templum q-
 dem Capitolini Ioui / Tarquinius Demarathi filius Sabino
 bello ædificaturum ſe vouerat : Tarquinius ſuperbus ædifica-
 uit : Nepos eius qui vouerat dedicauit . Horacius bello ciuili
 Syllano igni conſumptum eſt . At ſecundum / Sylla ædifica-
 uit conſecracioni Catulus inſcriptus eſt : Sylla morte intercep-
 to . Hoc ruruſ Vitellij ſedicionibus æuerſum ac diruptum :
 Veſpſianus de integro perfecit : idq; una cum Veſpſiani in-
 teritu inflammatum incenſumq; eſt . Quartum a Domiciano
 perfectum & conſecratum eſt . Dicitur autem Tarquinius in
 fundamēta templi quadraginta milia argenti librarum impē-
 diſſe : Huius vero id eſt Domiciani Templi priuata diuicia
 omnes / ſi quis ratiocinetur : ne ad deauracionem quod ſuffi-
 cerent : cum duodecim milia talentorum impenſa exceſſerit .
 Plurarchus autor eſt .

Tyberis . Ante Tybris appellatus eſt Albula : e media fere

Tarquini-
us

Sylla

Veſpſia-
nus.

Plurarch-
us

PARTHENICVS

PRIMAE

Tiberis longitudine Apennini: finibus Aretinorū profluit: tenuis primo nec nisi piscinis corriuatus: emissusq; nauigabilis Hetruriam ab Vmbris ac Sabinis mox citra xij. M passuū Veientem aq; a Crustiano: dein Fidenate Laciumq; a Varicano dirimēs in Tinam & Clamin fluuios in eū influētes / duobus & quadragita fluuijs auctus: p̄cipuis autē Nare & Aniene Urbem ingreditur: tum hostie Tyrrhenū mare immittit. Plin. Dicitū volūt a Tyberi Tuscorū Rege: Alij a Tyberino Rege Albanorū. auctoribus Pompeio & Lio. Ouidius in undis Reddidit. Virgilius. Tū Reges asperq; imani corpore Tybris. A quo post Itali fluuiū cognomine Tybrim diximus: amisit vetum vetus Albula nomen.

Plinius
Pompeius
Luius
Ouidius.
Virgil.

Libya. Te Libyes Asiēq; colent latissima regna.

Tanais Nilus Te Libyes. Duobus iēditis amnibus Tanai & Nilo in tres p̄tes terra habitabilis / quā uniuersum dicimus diuiditur. Tanais a septentrione ad meridiē vergens in mediā fere Meotida defluit: & ex aduerso Nilus in pelagus. Quod terrarū iacet a freto ad ea flumina: ab alteto latere Aphricam vocamus: ab altero Europen: ad Nilum Aphricam: ad Tanain Europen: ultra quicquid est Asia est. Pomponius auctor.

Pomponius

Europa magis arua tamen: tibi Roma latine Gentis apex p̄hebūq; videns hispana cadentem Doris: & argentem regio que sustinet arcton Seruiet: atq; nouo tellus lustrabitur imbri. Tunc tua cum proprijs iungent insignia reges: Et crux aereas signabit purpura turres.

Lacium Circei. Europe magis. Fides Christi nostris temporibus in Asia & Libya fere defecit socordia christianorū Principum. Lacium antiquū a quo Latini: a Tyberi Circeios usq; seruatum est M passuū L longitudine tā tenues primordio Imperij fuisse radi dices. Colonis saepe mutatis tenuere alij alijs temporibus. Ab origines: Pelasgi: Arcades: Siculo: Arunci: Ruthyli. Et ultra Circeios Volsci: Osci: Aufones / unde nomen modo Lacij processit ad Lirin amnem. Plinius. Dicitū Lacium a latena do si Virgilio credimus. Roma caput Lacij. Doris Nymp ha Oceani filia & Thyos: quā Nerio fratri uxore dedit: ex qua quinquaginta Nympharū numerus procreatus est: teste Hesiodo in Theogonia, & ponitur hic pro mari ut apud Vir.

Plinius
Virgil.
Idem
Hesiodus

LIBER .I. FO. XXI.

In Buceolicis . Doris amara suam nō intermiscet undā .

Hispana Doris . id est mare occidentale . & argentē regio quę sustinet Arcton . i. regio Septentrionalis . seruiet Deo . Atq; nouo tellus lustrabit . i. purgabit imbres baprisinatis flumie

Me magis Assiryę gentes / Indię Arabesq; /

Atq; Palestinę populi nouere : sed olim

Forfitan & nostro letabitur Aphrica nexu :

Templaq; Spiritui ponet celeberrima sancto :

Talibus omnipotens Nato mandata ferebat .

Nota salutiferę placuit sententia Proli .

Nā quia mens eadē tribus est eadēq; voluntas

Semper idem sentire omnis & amare necesse est .

Memagis . Pater dicit se notū fuisse Assyrjs Iudeis & Arabibus & Palestinis hoc est Iudeis : sed olim Aphrica letabitur nostro nexu id est Trinitatis cōplexionē omnes hij populi colent & venerabuntur .

Indiā a Septentrione Tauri extrema termināt ab Ariana usq; in orientale mare : q̄ extrema idigenę particulatim nomināt Paropanifum : Eniodū : Imaū & alijs nominibus . Macedones vero Caucasum vocāt . Ab occidēte Indus fluuius . Australe & orientale latus / q̄ sunt longe alijs maiorā in Atlanticū pelagus pcurrit : unde regio Rhombi figuram p̄bet Strabo .

India.

Talibus om̄ps . Finis oracionis Paternę .

Est locus Aemonie Macedūq; propinqor aruis

Orchomenū dixere : tenet modo Vandala pubes

Illic perspicuo vitrei sub gurgite fontis

Vt perhibent olim dum Dorica regna manebāt

Tres Charites habuere domos dulcēq; recessū .

Est locus Aemonię id est Thessalię . Thessalia oīs priore sæculo Pyrrhea ab uxore Deucalionis Pyrrha nominabatur : & Aemonia / ab Aemone : a cuius filio Thessalo Thessalia vocata est . Quidā sane bifariā eā diuiserūt : ipsam q̄dem ptē i Austurum spectantē Deucalioni i sorte obuuisse dicentes : ipsūq; a matris noīe eā Pandorā vocitasse : reliquā v̄o Aemoni a quo Aemonia est dicta . Trāsmutato deinde nomine / hanc q̄dē Helladem siue Greciā a Deucalionis filio Hellene . Reliquam vero Thessaliā ab Aemonis filio dici ceptā . Alij v̄o Anxyphum &

Thessalia

Aemonia

Di.

Strabo

PARTHENICES PRIMAE

Philippū pnepotes Theffali Herculis filij ab Theffalo eorū p genitore regionē aiūt Theffaliā nominasse. Eā etiā qñq; Ne lonidē dixere quidā : sicut & lacū eiusdē regionis a filio Theff ali Nefone. Strabo. Diodorus a Theffalo Iasonis & Medae filio : q; maternę neci supfuit ab aliquibus dictā refert. Mace donia a Macedone Ofiridis filio cognomiata ut Diōdoro pla cet. Qui Edonię qñdam populi / queq; Migdonia erat terra : aut Pierium solum vñ Aemathiū . nūc omne uniformi vocabu lo Macedonia res est : fereq; corpus unū . Nam teste Plinio li . quarto centū quinquaginta populos tenuit . Igitur Macedoni ana p̄cingit Thracius limes : meridiana Theffalię & Epirotę tenent . A vesp̄rali plaga Dardani sunt & Illirię . Qua p̄te sep trione tunditur / Peonia ac Pelagonia protegitur . A Tribal lis montanis excessibus Aquilonio frigori obiecta . Inter ip sam & Thraciam Strymon amnis facit terminū . Solinus. Hęc est Macedonia terrę imperio potita quondam . Hęc Asiam / Armeniam / Iberiam / Albaniam / Cappadociam / Syriam / Aegyptum / Taurum / Caucasum transgressa . Hęc in Baetris Medis / Persis dominata toto oriente possesso . Hęc etiam In die victrix per vestigia Liberi patris atq; Herculis vagata . Plinius . Et subdit . Hęc eadem est Macedonia cuius uno die Paul us Aemilius Imperator noster lxxij . urbes direptas vendidit tantā differentiā sortis p̄stitere duo homines : scilicet Alexā der Rex Paulusq; Aemilius . Orchomenus ciuitas est medi terranea Boecię Ptholemeo teste . Homerus Orchomeniorum memoriam faciens in Catalogo : separat eos a Boeciōrū gente . Vocat autē Minyeiūm Orchomenō a Minyaz; natione . Hinc vero colonos quosdam deductos / ad Iolcon ex Minyis dici tur . Vnde Argonautas Minyas dictas esse constat . Locuple tissima autem quondam extitisse ciuitas videtur & potentissi ma testis Homerus : autor Strabo . Eteodes Orchomeniorū Rex primus Gracię templum extruxit : ut meminit Strabo . Tres autem dicuntur Gracię Veneris comites : Euphrosine / Thalia & Aglea : Iouis & Eurynomes filię ut Hesiodus scri bit in Theogonia . Pinguntur autē ut primā duę alię intue antur : per quę ostenditur homines debere duplicare graciām quę ab amico prouenit : ut maius reddant beneficiū q; accepe rint . Pinguntur etiam nude & solutis crinibus : quia amico rum animi soluti in se & nudi atq; apti esse debeāt . Alij dicūt eas Noctis & Herebi filias : alij Liberi Patris & Veneris : sed ve ra solidaq; & duratura graciā a virtute proficiscitur fauente ip

Nefons
Macedōia
Edonię.

Strabo
Diodor

Solinus

Orchome nus.

Ptholeme us
Homerus

Iolcos.
Minye

Eteodes.

Strabo

Gracię
Euphrosine
Thalia
Aglea.

Hesiodus

So Deo. Ergo erunt a Ioue: cuius benigno influxu iusticia leges / & recta regnorum administratio provenit. Eritq; Eury ^{Euryndes} nome mater: quæ lata lex interpretari potest. εὐρυς enim lata ποικιλία consuetudo, seu lex: quoniam ex nostris recte legitimeq; gestis facinoribus / lata semper & immortalis Gracia comparatur. Prima Aglea dicitur: græce id est splendor: q; ex gracia resultat. Euphrosine læticia: gaudet enim semper conscientia ex recte factis: semperq; floret huiusce gracia atq; viret. Ideo tertia Thalia dicitur θαλασσα enim græce virere est. Dicuntur autem Graciae Χάριτες græce.

Dorica regna. Dorus Neptuni filius: unde Dorici Græci dicuntur. Est ergo locus Aemoniæ id est Thessaliæ. Macedum propinquior id est viciniior aruis. Nam Thessalia sub Macedonia comprehenditur. Orchomenum dixere: tenet modo Vandala pubes id est nostris temporibus. Turci enim ex Vandalis geniti: vel reuera Vandalii. Tres Charites id est tres Graciae habuerunt domos in Orchomeno.

Hæ simul assumptis iuga quæ piplea colebant

Mnemosyne natis primos liquere Penates

Ornatq; comas hederis & virgine lauro

Acceptis Natis Mnemosine id est Musis *μνημοσύνη* hoc est Memoria Musarum mater secundum Hesiodum.

Pieria & Olympus & Pimpla & Libethrus quondam loca fuisse Thraciæ & montes quos nunc Macedones possident. Quicq; Musis Helicon consecrarunt Thracas fuisse Boeciæ ac colere. Vnde eadem loca in Boecia Musis consecrata sunt eisdem nominibus. Auctor Strabo.

Primos liquere Penates id est Boeciæ loca. Ornatq; comas hederis: quæ Poetis sacrae sunt. Et virgine lauro. Daphne filia Penei fluminis: vel ut Papinius in Thebaide dicit Ladonis. Parthenius filiam Amycle si tradit: quam ne per vim Apollo stupraret Iupiter in Laurum arborem conuertit. Vnde apte Poeta noster Laurum virginem dicit.

Assyrios peciere lares: Iordanis ad amnem: Qui missus Libano Cyprium festinat in æquor.

Assyrios peciere lares. Pro Syria ponit Assyrios. Nam Iustinus ait: Assyrii postea Syrii dicti sunt. Idem Herodotus. Vult Graciam ab Orchomeno in Iudeam venisse. ^{Dij.}

Iordanis ad amnem: Iustinus. Herodotus.

Vult Graciam ab Orchomeno in Iudeam venisse.

Dij.

PARTHENICES

PRIMAE

Iordanis. Iordanis amnis. Iudæa oritur e fonte Peneade q̄ cognomē
Cæsarea. dedit Cæsare; amnis amœnus; & quatenus locor̄ situs patri-
 tur ambiçiolus: accolisq; se præbens velut inuitus. Asphalti-
 dem lacū dirum natura petiit: a quo postremo eibitur. Vbi
 primo conuallium fuit occasio in lacum se fundit: quem plu-
 res Genesaram vocant sedecim mille passuū longitudinis: sex
 mille latitudinis: amœnis circumseptus oppidis ab oriente Iu-
 liade & Hippo: a meridie Tharicia: quo & nomine aliqui etiā
 lacum appellant. Ab occidente Tiberiade aquis calidis salubri.
Plinius. Habet Iordanis fontes Ior & Dan hebraice dictos: un-
 de ei nomen componitur. ut est in litteris sacris. Oritur Ior-
 danis ex monte Libano. Libanus & Antilibanus montes sunt
 Syriæ: fluit versus Cyprium mare: non tamen in illud emittit
 sed absorbetur Asphaltide. Mare comprehensum ab Aegyp-
 to & Phœnicia & Syria & reliqua ora usq; in transmarinā Rho-
 di regionem compositū est: ex Aegypcio pelago & Pamphilio
Cyprus & eo mari quod Issico sinui proximum est. In hoc mari Cyp-
 rus iacet: quæ partes septentrionales Ciliciæ Tracheæ contig-
 uas habet: quibus etiam continenti proxima est. Orientales
 Issico sinui/Occidentales a Pamphilio pelago allutas: Aus-
 tra- les autem ab Aegypcio. Ambitus insulæ est triū miliū & qua-
 dringentorū & viginti stadiorū in sinum se inferenti.

Plinius

Vt venere / vadis lauere nitentibus omnes
Quicq̄ labis erat: venerandaq; limina sancte
Parthenices in pressa cohors / ad mutua primū
Oscula / & ad dulces mox se vertere loquelas.
Et tandem dextrisq; datis & federe facto
Perpetuas illi se iurauere sodales;
Et quocumq; iret comites dixere futuras,
 Ut venere / vadis &c. Ostendit Gracias & Musas socias
 ginitatis & pudiciæ / lotas contagione labis aduenisse: non
 Gracias & impudicas Musas.
lanq; vigil primam Virgo perciperat artem
Atq; coloratas voces linguq; nitorem:
Mensurę numericq; modos / cęliq; meatus:
Et quas Luna vias & quas obseruat Apollo:

Et quos Mercurius trahat & Venus aurea gyros

Et varias coeli vires : & nomina norat .

Nam dum plebs Iudea Deo parebat Olympi

Sciuit iter : pueriseciam fuit agnitus ether .

Affiduis Veterum studijs / oracula Diuum

Peruigiliq; legens cura : Mosemq; piumpq;

Esaïam : mestilq; Virum qui versibus Urbem

Plorat : ab ingenio curas / a lumine somnos

Sedula pellebat : paruo sua vota facello

Supplicibus palmis narrabat & ore supino

Ocia nulla die carpens : nulla ocia nocte .

Cura cibi : somniq; breuis : quæ pasceret artus .

Muse artibus & scientijs præsent : ideo omnium artium sciolâ
fuisse Parthenicem demonstrat . Primam artem Grammaticen
tum rethoricen mensure Geometriq; Numeri Arithmetican
Astronomicen hoc est celiq; meatus .

Arithme-
tica .

Nam dum plebs . Solis Iudeis cognitus fuit deus . Mestilq;

virum qui versibus urbem Hieremiâ dicit . Carmina Lyrica

apud hebreos inueniuntur in Mose Canticis in Iob Hieremie

threnis auctore Hieronymo : quibus Hebrei nostri sæculi racio-

nes carminū celsurasq; ignorent .

Pauperibus mensis Genium fraudabat & ora :

Et castigato tolerans ieiunia ventre .

Carmina discibat : sanctiq; poemata Regis :

Pauperibus Genium fraudabat &c . Terencius suum de Geniū cu-

fraudans Genium . Genium curamus dum bene nos procu- rare & de-

ramus : defraudamus ieiuniis & parsimonia . fraudare .

Qui tetricis olim fidibus cantabat ad aras :

Sacraq; fatidico psallebat ad orgia cantu .

Quicquid habent sacrae diuina volumina Legis

Quicquid inest Arabū libris lustrarat : & omnis

Graiorū annales : Romanorumq; triumphos /

Qui tetricis . i . seueris fidibus . Dauid rex psalterium Lyri-

cis carminibus edidit .

Diij

Hierony-
mus .

Terencius :

PARTHENICES PRIMAE

Et quantum Laci] fudissent arma cruoris

Quicquid inest Arabū. Ostendit Parthenicen beatissimā
omni etiā externarum artium Historiarūq; sciolam fuisse. Hi-
storiā enī vitę magistrā Plutarchus appellat.

Plutarchus.

Punica : quot bellis rubuit naualibus equor :
Qui Troiam peciere Duces : quo milite Persas
Rex Macedū / Parthosq; truces superat & Indos
Monstra q̄t Aleydes domuit . quo remige Cretā
Dędalus ad gelidas fugiens adnauerit arctos .

Bella Pu-
nica.

Punica id est Carthaginensia. Tria bella cum Carthaginen-
sibus P. R. gessit quę punica dicuntur. Primum punicum bel-
lum fuit āno Urbis conditę trecentesimo octagesimo octauo:
finis huic bello impositus per Q. Luctacium Catulum con-
sulem qui Pœnos nauali pugna deuicit ad Egates insulas. Syl-
lius. Respice proh demens proh pectus inane Deorum: Ega-
tis & Libye procul fluitancia membra. Secundū fuit anno Vr-
bis quingentesimo trigesimo quinto cuius dux Hānibal Car-
thaginensium Imperator: finitū per publicum Corū. Scipionē
qui primus Africanus appellatus est. Terciu Punicum bellum
fuit anno Urbis sexcentesimo quarto: finitū deleta Carthagi-
ne per P. Corn Scipionem Aemilianū Pauli filium.

Syllius

Alexāder

Qui troiam peciere Duces. i. bellū Trojanū. Rex Mace-
dum Alexander Philippi filius Macedonię rex Darium Arsa-
mi Persarum regem in Aturia Assyrię in uico cui Gaugamela
nomen Darius Hyscaspis indidit superauit imperiumq; Per-
saram obtinuit. Ducibus Darij ad Granicum phrygię fluuiū
i Asia prius superatis. Auctoribus Plutarcho Straboneq; .

Plutarchus.

Persia :

Quo milite phalāge Macedōica: que istar veteranorū apud
Romano; habuit. Aemilio Probo teste: tū precipui exercitus
Alexandri milites Argyraspide fuerunt. Auctor Plutarchus.
Post Carmaniam Persia est: multa sane in ora sinus q̄ ab ea no-
minantur Persicus rubri maris: sed longe maior. In medi-
terranea: presertim in longitudine: quę ab austro & Carma-
nia in septentrionem & Medicas gentes pertendit. Ora mariti-
ma æstuosa est ac venenosa: & fructuum inops præterq; palma

Strabo
Aemilius
Probus

rum. Ea in quatuor milibus & quadringentis stadijs vel in tercentum cenſetur: & in flumen deſlectit quod ibi Oroates appellatur. Regio ulterior campeſtris eſt & omnium ferax: & optima pecorum nutritrix: fluminibus & lacubus plena. Tercia eſt hys malis ac montana aquilonem verſus Strabo.

Strabo

Parthia non multa eſt. qua propter Parthi cum Hircanis Perſice viuebant: etiam multo poſt tempore cum Macedones imperarent. Ad paruitatem accedit quod nemoroſa eſt: montana atq; inops: qua propter Reges eam curſu preteribant cum in regione minimam quidem exercitus partem alere poſſent: nunc vero auſta eſt:

Nam Cameiſina atque Chorina & tota fere regio uſque ad Caſpias Partas & Atagos & Tapyros que prius Medorum erant Parthorum ſunt. Strabo auſtor.

Idem

Hercules cum Euryſtheo obtemperare nollet in Delphos abiit: conſultoq; Deo reſponſum tulit ab Dijs iniunctum eſſe ut Euryſthei iuſſu duodecim certamina pſiceret: quibus traſ actis immortalitate poneretur: cumq; diuicius inſaniret indigne ferens humiliori parere: tandem furore ſolutus ad Euryſtheum venit. A quo primum imperatus eſt Nemei Leonis labor interſiciendi: tum Hydram Lerne ſuſtulit.

Euryſtheus

Tercio Aprum Erimanthium viuum ad Euryſtheum perduxit.

Leo,
Hydra
Aper.
Cerua.

Quarto Ceruam aureis cornibus velocitate eximia captam adduxit. Tum Stympthalides aues que innumera multitudine finitimarum Stympthalo regionum fructus vaſtabant eris ſonitu fugauit.

Stympthalides
Aula

Sexto Aulam Aegei nemine iuuante purgauit. Tum Taurum Cretenſem in Peloponneſum deduxit.

Taurus

Octauo equos Diomedis Thracis qui humana carne palcebantur adduxit: Diomedes equis pro pabulo prius abſumpto.

Diomedes equi
Hippolite

Detraxit tum cingulum Hippolyte Amazonum. Decimus deinde labor Herculi iunctus ut boues Geryone ex Iberia deduceret. Hoc perfecto iuſſus eſt Cerberum ab inferis educere.

Boues geryonis
Cerberus

Ultimo poma Heſperidum aurea ex Libya: qua peruigili dracone cuſtodiebantur adduxit. Haec ex Diodoro duodecim Herculis labores precipui. Quos aliter Virg. Aliter Syllius Ouidiuſq; commemorant. Dedalus. Vir. inſuetum pariter gelidos enauit ad Arctos Libro ſexto Aencydorum.

Heſperides.

Dij.

Diodor.

Virg.

PARTHENICES PRIMAE

Dædalus. Dædalus Epalami Atheniensis filius artis fabricæ peritus. Plinius Serram/asciã/perpendiculum/terebiam/glutinum/ichthyocolã inuenisse dicit Dædalum: qui ob Perdicã interemptum accusatus: fugit in Cretã ad Minoem regem: cunq; eius arte vaccam fabricasset in qua Pasiphae uxor Minois concubuit cum thauo. Iterum fabricatis sibi & Icaro filio alis in Sicilia aufugit. Icarus altius volans liquefacta cera qua alę compactę erant: in mare decidit: cui & nomen dedit.

Et quibus adiutus pennis equus Aliger auras
 Presserit: & dulcem plantis excusserit undam.
 Hyppolyti castos & Bellerophontis amores:
 Illus tres Hellenæ raptus & phyllidis ignes
 Biblidaq; incastam: curas & vulnera Thyfbes:
 Tarpeięq; dolos: & gratam phorcida Glauco.
 Pomacq; Cydippes: Ori thyamq; furenti
 Sublatam Borea Clymenen: & Belides aufas
 Cæde maritales thalamos implere: piumq;

Pegasus. Et quibus adiutus &c. Pegasus designat equus alatus genitus ex sanguine Medusæ: mox volauit ad Heliconem môtē: ibiq; terram ungula pedis fodiens fontē produxit Hippocrenen Musis sacrum. Persius. Nec fonte labra prolui Cabalino

Hyppolytus
 Phædra

Bellerophon

Hippolyti castos. Hippolytus ex Antiope amafone natus. Diodoro auctore a Phædra Minois nouerca Thesei uxore de stupro interpellatus: cum renuisset/accusatus a nouerca apud patrem ab equis discerptus fuit: cum territi a Phocis a Neptuno immixtis diuersas in partes diuellerentur. Bellerophon accusatus ab Antia uxore Proeti: Abantis filij regis Argiuorum: q; ei vim inferre uoluisset: quo crimine Proetus eum misit ad Iobatē ut Hyginus dicit siue ad Euriem Lyciorū regē Patrem Antia: ut eū Chimera que Lyciorū fines vastauit obiceret. Sed victor Chimera: tū etiã Amazonū que Lyciã infestabant adeo Iobatē comouit in amorem / ut ei aliam filiam sororem Antie seu Sthenobee in uxore traderet: qd postea cognouit Sthenobea seipsam interfecit. Deinde Bellerophon cum in celum volare contenderet: in altum sublatus dum terras despiceret perterritus decidit: Pegasus autem in celum dicitur uolasse: & esse inter astra. Hyginus. Belli q; Bellerophon & Ilander filius eius cū Solymis populis uicinis Lyciæ gessit

Persius

Diodor

Hygin

Strabo rememinit. Strabo.

Illustres Helenę raptus. Bis rapta fuit Helena. Theseus a Pe
 rithoo persuasus Spartam profectus i templo Dianę Helenā
 rapuit: quę tum decimum agebat annum: id cū grauiter Athe
 nienſes ferrent custodiendam matri in Aphidnam urbem mi
 ſit. Castor & Pollux diruta Aphidna / puellam in patriam re
 tulerunt: quanq̄ alij puellam Theseum fratribus reſcētibus
 intactam reddidiſſe tradant. Secundo rapuit eam Paris Pri
 ami & Hecubę filius: & tum coniugem Menelai. Vnde bellū
 Troianum ortum habuit.

Helenā
TheseusCastor
Pollux
Paris

Et Phyllidis ignes. Phyllis Lycurgi Driantis filij filia: in
 regnum Tracię patri ſucceſſit: cū hiſ a Baccho excecatus fuiſ
 et. Poſt excidium Troię venit ad Phillida. Demophoon The
 ſei & Phedre filius: poſt longos errores: quem placide ſuſcipi
 etis: data nuptiarum ſponſione virum duxit. Interea nūciatur
 Mneſtheum e bello Troiano redeuntem in Melo cōtra Cretā
 inſulam naufragio deceſſiſſe Demophoon intra menſem redi
 tum pollicitus / impetrata venia a puella diſcedit: Athenenſim
 perium occupans: cunq̄ ſe ſpretam doleret Phillis: laqueo vi
 tam finiuit. Ouidius in arborem Amigdalum conuerſam di
 cit ſine folijs: tandem Demophoonte reuerſo cum arbore am
 plecteretur: folia produxit arbor.

phyllis

Demoph
oon

Ouidius.

Biblidę inceſtam: Biblis Mileti filia & Cyanes Caunū
 fratrem impudice amauiſ: cuius concubitum cum conſequi
 non poſſet: lachrymis in fontem liquata eſt. Fabula eſt apud
 Ouidium in Metha. nono.

Biblis.

Idem

Curas & vulnera Thyſbes. Thyſbe. Puella Babilonia Py
 rami amore ſagrauit. Ouidius quarto Methamor. ſcribit Py
 ramum Thyſben amaſſe. & cum noctu ad locum quo conue
 nire ſtatuerant prior Thyſbe veniſſet Leonem in lacu repper
 ita quo territa fugiens: dimiſſo capitis tegmine: ſuperueni
 ens Pyramus iuenta veſte iacera credidit leonem puellam diſ
 cerpiſſe: gladio ſe ipſum interfecit: puella reuerſa rem uti erat
 ſuſpicata: quod Pyramus ob eius deſiderium & amorem ſe in
 terfecit eodem gladio Thyſbe ſe ipſam interfecit ſub arbor
 re moro: unde poma eius arboris in ſanguineum colorē mu
 tata ſunt: cum prius candida fuiſſent. Tarpeięq̄ dolos Tar
 peia filia Tarpeij qui cuſtos arcis erat: conuenit cum Tacio
 Sabino ſei arcem prodere: ſi quę in ſiniſtro brachio gerebāt
 Sabini premio darent: nocte aperiens Taciū cum exercitu
 tacite exceptit. Taciū ex hiſ quę in ſiniſtra gerebat clipeum

Thyſbe
pyramusTarpeia
Taciū

PARTHENICES PRIMAE

æreptum eleua cum aureo annulo in Virginem coniecit: id
que ut cæteri facerent / imperauit. Oppressa igitur Tarpeia
plurima auri mole / prodicionis pœnas eciam hostibus dedit
Obruta ergo eo colle Tarpeia nomen quoque ab ea locus ac
cepit: nec prius id nomen loco defuit: q̄ Tarquinius Rex cū
ea loca Ioui dædicasset / reliquias omnes inde una cum ea pris
ta appellatione sustulerit: nisi quod saxum in Capitolio con
stitutum / unde damnati præcipitabantur: hucusq; Tarpeium
appellatum est. Plutarchus est auctor:

Plutarch.

Poeta noster dolos in Carmine dicit pluratiue. Nam Tar
peia dolum commisit: Tacius dolose eam interfecit: sperabat
Tarpeia sinistrarum gestamina: armillas: & annulos: accē
pit molem clipeorum.

Glaucus
Scylla.

Et gratam Phorcida Glaucō. Glaucus piscator conter
sus in Deum marinum: viribus cuiusdam herbæ amauit Scyl
lam Phorci filiam: a qua tamen spernebatur. Circe autem Gl
aucum amans / suadebat ut eam sperneret: & se amantem ama
ret. Quod cum recusaret: Cyrce irata: nec: volens Glaucum
ledere: Scyllam aggressa: fontem in quo lauari solita fuit: ve
neno viciavit: adeo ut cum Scylla fontem intraret: canes ter
ribiles circa inguina conspiceret: quibus territa præcipientem se
mari dedit: mutatur in monstrum marinum. Quod Virg. Virgil.
lius describit inquitens. Prima hominis facies: & pulchro pec
tore Virgo Pube tenus: postremo immani corpore Pisiris:
Delphinum caudas utero commisso luporum.

Alia fuit Scylla Nisi Megarensis filia. Quæ amore Mi
nois capta fatalem Patris crinem prodidit.

Glaucus hic Antherodinis filius fuit: qui iuxta montem
Anthedonis in Boecia Mesapum nomine in Balenam trans for
marus fuit. Strabone teste. Alius fuit Glaucus Potmieus Strabo
quem prohibentem Veneris sacra: equæ discerperunt.

Delos.

Pomaq; Cydipes In Aegeo pelago insula Delos eminet
& circumstantes illi Cyclades & ipsis incumbentes Sporades
Id est dispersæ.
Delos igitur urbem habet in plano positam & Apollinis

LIBER .I. FOL XXVI.

 mens ullam: secus aliter alioq; modo est habitura quietem: trā-
 quillitatem: nec letos id est iucundos sensura dies nec dulcia se-
 da: hoc est etatem placidam.

Strabo
Solinus

Idem
Lucanus

Propterea quid te miserā coquis Anna: dolores
 Et tristem dedisce metum: natura repugnat
 Moribus his. monstrare vię compendia possūt
 Languentes gelidicę senes: at scandere montem
 Sole sub ardenti viridis male sustinet ætas.

Miseri.

De virtute loqui minimum: virtutibus uti
 Propterea quid te miseram. Miseri sunt qui perturbacioni /
 bus quaciuntur eisq; manus prebent. Et tristem dedisce metū
 qui tristes facit. natura repugnat. Moribus his / ego intelli-
 go naturam virtuosus repugnare moribus. Monstrare vię cō-
 pendia possunt. Senes viam ad virtutes monstrant. At scande-
 re montem. Sole sub ardenti viridis id est iuuenis ætas male
 id est egre sustinet valida est apicem ascendere. De virtute lo-
 qui Iuuenalis De virtute locuti Clunem agitant. multi ad vir-
 tutem exhortantur alios: qui libidinose viuunt. De virtute
 loqui minimū supple est.

Iuuenal.

Hoc Sansonis opus. tamem assuetudine longa
 Assiduiq; operis tractu formatur & in se
 Virtutem natura trahit: præludia multa

Egregias artes pariunt. In pace togæq;
 Bella diu miles discit: mox obuiat hosti
 Impiger: & firmum parat ad certamina pectus.
 Sæpius a placitis mens est arcenda diuq;
 Seruicio duranda graui: nam prona sequaxq;
 In peioraruit nisi lora retraxerit usus:
 Ast ubi iam legis paciens assuetaq; vinculis
 Sessori parere potest quo iusserit ibit.
 Tunc ubi tempus erit casu cum tristis acerbo
 Sors aderit: fert æquales rationis habenas
 Ante negat velut indomita ceruice iuuenicus:
 Aut velocis equi soboles animosa / priusquam
 Imposito scierit gressum glomerare magistro.
 Ars ubi possessam mentem complexa subegit
 Quo virtus quo sancta vocant oracula vertet.
 Nam neq; tunc labor est duros tolerare labores.

Hoc Sanlonis opus id est hominis animosi & fortis. Ta-
 men assuetudine longa. Cōsuetudo bonarū operationū: tū ar-
 tes egregie preludia pariūt naturāq; formant ad virtutes. In
 pace togæq; Romani in pace togis utebantur. Vnde pro pace
 toga ponitur. Cicero. Cedant arma toge.

Toga.

Cicero

Quid si Nata virum refugit: si nulla nepotum
 Posteritas: quid nostra iuuat post fata nepotes?
 Iusticiam coluisse sat est nullius egebis
 Subsidio defuncta pios si vixeris annos.
 Sæpius in natis sæuum pater educat hostem
 Cumq; suo ignorans interfectore iocatur.
 Sæpe sibi lachrymas / sperant dū gaudia matres:
 Atq; suæ pascunt ventura opprobria genti.

Quid si nata virū. Maria refugit: si nulla nepotū posteritas:
 Nihil nos iuuare posteritatē dicit cū qsq; suū onus portabit.
 Propterea vanos hominū noua fabula mores

PARTHENICES · PRIAME

Exprimit: hoc pelagus Galilea q̄d abluir arua
Extimuisse ferunt: olim cum vidit in orbes
Nubila conuolui: volitare per aera montes
Credidit: at postq̄m largius de nubibus imber
Depluit unde prius damnū interitūq̄ timebat /
Incrementa tulit: fusa procul æquoris unda.

❧ Fallitur in dubijs hoīm solercia rebus:
Corda nec euentus capiunt humana futuros.

Propterea vanos &c. Fabulā dicit. Galileū mare cū nubiu col
lectionē videret/credidit mōtes in aere volui: timēsq̄ monciū
casum: pauescebat credēs interitū minari nubes. Hī autē in plu
uīam resoluti: mari incrementū p̄stiterē. Sic fallitur homini so
lercia in dubijs rebus: nec futuros euentus humana mens cape
re potest.

❧ Id quoq̄ non nunq̄m mentes solatur amaras
Quod durare nihil patitur fortuna: vicesq̄
Mobilis alternat: ventoq̄q̄ similima proram
Nūc p̄mit a puppi placidā mō murmurat aura.
Forfan & hos luctus minus importuna sequentē
Tempora: felices iterum Deus afferet annos.

Id quoq̄ nō nunq̄. i. fortunā dicit solari dolentes: eo quod
nihil patitur cōsistere: sed oī̄m mutat vices: sicut vētus nūc
prorā: nūc puppim premir. Forfan & hos luctus Anne: Impor
tuna: nō opinata t̄pa foelices iterum Deus afferet annos.

Talia voluenti parua iam Nazareth arces
Apparent: nigro rutilans surgebat ab ortu
Vesper: & ingenti phœbum demiserat umbra
Carmeli sublimis apex: in moenia mater
Nazareth: & fessis intrat sua limina plantis.

Talia voluenti. Cogitāti. Parua iā Nazareth: locus in q̄ ali
tus est Iesus dñs noster. Nigro rutilās surgebat ab ortu Vesp.
Hesper: stellā designat: quæ solis in occasu rutilās surgere so
let. Et ingenti. i. sublimis altūs apex Carmeli mōtis demiserat
Phœbū. i. solē ingenti ymbra magna obscuritate. In moenia

LIBER .I. FOL XL.

inater Nazareth & fessis intrat sua. I. plantis.

Carmelus Mons est Syrie inter Acam (que hodie Pithole Carmelus
mais dicitur) & turre Seratonis ut Strabo auctor est.

Vt pater accepit charæ noua nuncia Natae
In mœrore diu iacuit: curisq; sepultus
Impexi capitis canos squallere situmq;
Ducere: & a mento tristem concresecere barbam
Sustinuit: nec enī potuit cohibere querelas:
Parcere nec lachrymis nec dissimulare dolorem,
Crebra diu mœstum traxit suspiria pectus.
Et iacuit ceu truncus iners: & inutilis arbor
Frondebis ammissis sine terræ fertilis imbre.

Vt pater accepit, Ioakinus cognita volūtate. Prrthenices in
merore incidit atq; luctū/describit igitur Poeta cōdiciōes mœ-
sti ac lugentis cū aridæ arboris compatione.

Noua nuncia Natæ. Filie mentē nunciatā ab Anna coniuge
& dicit Nuncia neutro genere contra Laurēcij Vallę opinionē
Tibullus Diui vera monēt venture nuncia sortis Lucrecius.
Et ad calidū decurrūt nuncia sensum. In merore diu iacuit: in
tristitia: curisque sepultus. i. obrutus & oppressus. Impexi ca-
pitis canos crines: squalere. i. deturpari: sitūq; ducere. Situs la-
nugo parietibus adherens: & quidā mucor in uultu senū/utrū
q; negligēcia contingēs. Sustinuit: passus est. nec enim po-
tuit cohibere q̄relas: Parcere nec lachrymis: nec. d. dolorem.

Nuncia

Tibullus
Lucrecius

Situs.!

Res tandem prolata palam peruenit ad ipsas
Sacrorum & templi doctas Antistitis aures:
Quem penes arbitrium nodos aperire latentes/
Iuris & obscuros Legum dissoluere casus:
Ipsius imperijs altam conscendit in arcem
Concilium: venere Senes ænigmata Legum
Rimari soliti / & dubijs responsa parati
Reddere: iamq; ultro multum / citroq; locuti

PARTHENICES

PRIMAE

Cum certi nihil afferrent: iamq; humida noctis
 Tempora suaderent sacros dimittere Patres;
 Querendum quæ sit cæli sententia tandem
 Cōmuni sanxere prece: & solennia templo
 Sacra dari: & dubijs orari Numina rebus.
 Atq; ita sedato res est certamine visa
 Iudice digna Deo: quādo est nō reddere magnū
 Vota nephas: violare piam res impia Legem
 Interea sumptis Diuorum Nuncius alis
 Parthenicen adiens placidis ita vocibus in fit.

Res tandem prolata palam. Dicit rem peruenisse ad summum Pontificem: ad quem in dubijs recursus ex Lege habebatur: & quia lex sterilitatē damnabat: quæ Mariæ virginī nuptias imponebat: Ipsa autem se voto castimonie astrinxerat. Votū autem Lex stabile esse voluit. necesse erat rem deferri ad Pontificem & Seniores: apud quos Legis arbitrium & interpretatio residebat: peruenit ad ipsas Sacrorum & templi doct. Antif. au. Quem penes arbitriū: iudicium: nod. ap. latentes nodos dubia. perplexitates. Latentes obscuros. Iuris/Legis & institutorum & ob. legum. dubios. Dissoluere: aperire casus. Ipsius in peris mandatis Pontificis. Conciliū conscendit in altam arcē in templum. Instar enim arcis templū conditum fuit in monte Syon. Venere senes Aenigmata id est dubia obscura. Aenigma cum diphthongo æ & i latino scribi debet: & est proprie obscura locutio ἄπο τοῦ ἄσπι ττομαῖ quod ē obscure loquor Rimari soliti: & d. r. p. reddere: iamq; ultro multum citroq; lo. hoc est in ambas partes.

Iamq; humida: noctis temp. Vsq; ad noctem cōsuluisse ostēdit: tandem deuenisse ad hoc: ut precibus diuinum oraculum consulere quādo id est. Ex quo magnū nephas est non reddere votum: & impium est legem violare. Interea tempore medio. Poeta angelū de cælo missum ad Parthenicen fingit: quæ eam in proposito confirmet castitatis: ostendens bona quæ castitatem consequuntur. Sumptis diuorum nuncius alis. Alæ diuorum pro talaribus ponuntur. Virg. de Mercurio. pedibusq; talaria nectit. Nympha puellarum cælo gratissima salue:

Aenigma

Alæ.
 Talaria.

Virgil.

Cuius apud Superos iam pridē cognita virtus
Floret : & in nostros crescit ventura Penates.

Nympha puellarum. Oratio Angeli ad Parthenicē confir-
mans eam in proposito: tum remuneracionem promittens eti-
am his qui simili proposito castitatis vixerint Cælo gratissi-
ma Deum genitura Cuius apud Superos id est apud Deum Pa-
trem Filiū & Spiritum sanctum: siue apud angelicos spiritus.
Iam pridem cognita/persecta virtus florēt Et in nostros cre-
scit ventura Penates/Hoc est in cœlestes choros deueniēs. An-
gelos Penates appellat: quorum chori Marię auxilio p̄ huma-
num genus restaurati sunt.

Ne trepida : tua vota Pater firmavit & auxit :

Nulla tuum Venus est unq̄ visura cubile :

Virginitas æterna tibi concessa volente

Confessu toto Superę , tibi gloria Vestę

Et Triuix debetur honos : inuicta sequentur

Virginei tua signa chori : quos more Dianę

Nunc pede nūc iaculo nūc exercebis & arcu .

Ne trepida: ne timeas: tua vo: P. firmavit: stabiliuit: & auxit
quia etiam paries: & post partum virgo permanebis. Nulla tu-
um Venus. id est concubitus viri expers eris Virginitas eter-
na/perpetua pudicitia tum corporis tum mentis concessa tibi
volente Deo Auctore Deo Confessu: consilio seu consensu to-
to frequēti. Tibi gloria Vestę. Vestę & Dianam castas voluit
antiquitas. Vesta Saturni & Rheę filia Diodoro teste. Plutar-
chus ab hac Dea virgines Vestales appellat quarum sacerdo-
cium perpetuum ignem tuebatur: uti pura & incorrupta ignis
substantia: integris inuiolatisq; corporibus custodiretur. His
autem virginibus annorum triginta castitas prescripta est. Ac
primum quidem decennium quę faciunda sunt discunt. Secū-
dum vero quę didicere faciunt. Tercio decennio hæ alias do-
cent. Tum demum post id tempus permittitur volenti & nu-
bere & ad aliam vitā verti: sacerdotioq; solui. Et triuix debe-
tur &c. Triuia Diana est ab eo dicta Triuia eo quod in triuio
ponitur fere in opidis Græcis. Vel quod Luna dicit esse: quę
in cœlo tribus vñs mouetur in altitudinem & latitudinem &
longitudinem. Varro Auctor.

Inuicta sequentur tua signa. Vexilla te ducent inuictam: q̄s

G i

als Cōsen-
su

Diodor.
Plutarch.
us

Varro

Vestā.

Triuia

PARTHENICES PRIMAE

Diana: more Dianę nunc pede: nunc iaculo. Dea venacionum Diana est: quam virginei chori sequuntur ut Poetis placet. Dicit Parthenicen veram Dianam & pudicissimam secuturā multa virginum milia: utpote Vrsulam cum sodalibus: reliquasq; innu meras quas Christi religio colit veneraturq;.

Vrsula virgineę Dux & Regina cohortis
Hoc explebit opus: tandemq; in sidera magnū
Agmenaget celebrem referēs ex orbe triumphū
Thetyos occidūę populi littusq; Britannum:

Vrsula virgineę Dux. Manet in translatione: virginū multitudinem cohortem appellans. Hoc explebit opus castitatis: tandemq; in si. ad cęlos magnum Agmen: exercitum. celeb. re. ex or. triumphum. Tethyos occidūę. ex occidentis Insula. Britannia insula est occidentis Auctore, Strabone: forma eius triangula est. Eius latus vbi ad longitudinem maximum est: Gallię e regione opponitur. Quatuor interualla sunt quibus ex continenti assidue in Insulam utuntur: quę ab egressibus annium extant: Rheni videlicet ac Sequanę Legerisq; & Galliarum. Illis autem qui vicina loca tenent ascensuris ex confinibus Menapiorum Marinis enauigacio est. Quibus promōtorium Icium vicinum est: quo nauali usus est Diuus Cęsar. Britannia hodie Angliā dicit a populis Germanię Sueuis Anglis: quoniam Saxones qui ex Sueuis Anglis sunt eam aliquñ occuparunt. Incolę in Galliam transmigrarunt: a quibus inter Armoricas ciuitates Britanniam dicimus Gręcę Albion dicitur Angliā Ptolomeo teste.

Littus
Thetyos

Littusq; Britannium. Littus quod fluctu eliditur Cicerō in topicis. Tethys uxor Oceani & soror ex Cęlo & Terra siue Titea matre Diodoro teste Virgilio. Teq; sibi generum Tethys emat omnibus undis.

Et gelidi faciles pugnās gens accola Rheni
Dulciacq; arrepto cernet spectacula vultu:

Et gelidi faciles gens accola: gelidi id est frigidi Rheni cernet videbit faciles pugnās: virgineos ludos. Significat Vrsulam (ut in eius historia legitur) varios exercuisse ludos per triennium antequam Romam tenderet inspectantibus populis: Rheni accolis: nam Basileam usq; per Rhenum ascenderunt.

Strabo

Ptholeme
us

Cicero

Diodor
Virgil

Si historię credimus. Rhenus flu. oritur in monte Adula: hic
Alpium pars est. A quo Aduas fluuius in contrarium fluit ad
interiorem Galliam: locum implens Larium: cui proximum
conditum est Comum: habitant vicina capiti Leuponcij ex Al
pinis & Rhetis minoribus: tum Eluecij iuxta quos in paludes
lacumq; magnum diffunditur: quem Rheti & Vindelici pro
pius attingunt. Post Eluecios Sequani: & ex his Raurici q ho
die Basilienses dicuntur: deinde Medicatrici. In quibus Tri
bocci natione Germani: relicto natali solo Rhenocq; traiecto
sedes posuerunt. Post Mediomatricos & Triboccos Triu
gri Rheno adiacent: loca hæc trans Rhenum incolebant Vbiij:
quos ad interiorē ripam traduxit. M. Agrippa nec inuitos q/
dem. Contigui his Neruij Neuissimi: ad utramq; ripam habi
tant Menapij Secundum istos Siccambri: omēs hi populi ho
die Germani sunt: quorum linguarum differencias sex cogni
tas habemus: totq; habitus & morum varietates ab ipius Rhe
ni ortu usque in eius emissiones. Superiora Strabonis sunt.
Adde Vosagum montem cuius Pli meminit & Lucanus: &
Mosam flu. hodie Gallos & Germanos superare.

Rhenus
Aduas
Leupocij:
Eluecij
Sequani
Basilienses
Raurici
Medioma
trici:
Tribocci
Triugri.
Vbiij
Neruij
Menapij.
Siccambri
Vosagus
Mosa

Strabo
Plinius
Lucanus:

Laus igit te magna manet: rude vulgus & ipos
Iura Sacerdotes non intellecta fatigant:
Et Deus ingratas atra caligine mentes
Tardat: & in pœnam scelerum deludit inani
Corda metu: rident Superi ceu grandior æuo
Securusq; animi iuuenis si pectora quando
Infantium obscuræ trepidant formidine noctis.

animo:

Laus igitur te magna manet id est expectat: rude vulgus
& ipsos eciam sacerdotes. Iura non intellecta id est legis obscu
ritas fatigant ad lassitudinem deducunt. Virgi. Quos nulla
fatigant praelia.
Et deus ingratas atra id est obscura: cal. m. Tardat Impedit
Ingrati qui legem minime seruant: & in pœnam scelerum deli
ctorum deludit decipit. Corda inani metu id est timore super
uacuo. Rident superi celestes: ceu grandior æuo id est senior. Se
curusq; animo iuuenis: si pectora infantum puerorum quan
do id est aliquando trepidant timent formidine obscurę no
ctis nigre.

Virgil

PARTHENICES PRIMAE

Ipse adero: nam veni huius certaminis ergo.

Ergo pro
ea causa

Angelus loquitur. veni huius certaminis: contencionis ergo id est ea causa Virgi. sexto Aeneidos Illius ergo venimus & magnos Erebi transnavimus amnes.

Virgilius.

Lex ea, quæ fieri matres & nubere cogit

Lata est: cū pauper veniens ad templa senatus

Paruaq; plebs humiles sacrum ponebat ad aras.

Lex ea: quæ fieri. m. & n. cogit. Interpretatur Legem nubendi: dicens eam latam dum populus modicus esset: iam quia auctus est ultra numerum stellarum iuxta promissionem Patribus factam: præstancius est castitati tribuere locum.

Ara.

Cum pauper veniens ad. t. senat. Paruaq; plebs / modica. ponebat sacrum id est hostias ad humiles aras. Ara pro altari cū vnico r scribitur & ab Ansa mutatis litteris deducitur. Auctore Varrone & Macrobio. Hara cum aspiratione auis est genus

Hara

Vnde Haruspex & Hariolus: neq; ab ara deriuantur cum Ara habeat longum A Haruspex breue. Virgilius octauo Aeneid. retinet longeuus Haruspex.

Variō
Macrobi
us.

Postquam magna viræ creuit fortuna Tribusq;

Vix duodena solo capitur: seruare pudorem

Et thalamum nescire fuit prestancius: ergo

Eliades errasse putant: iam secula postquam

Expertes Veneris degunt bisquina propinquat:

Postq; magna virum pro viror: creuit fortuna Tribusq; duodena. D. rodecim Tribus fuere ex filijs Iacob qui in Aegia pro multiplicati Mose Duce in Phoeniciæ Palestinam migrarunt. seruare pudorem: pudiciam & thalamum nescire id est ignorare nupcias. Ergo Eliades a propheta Elia dicti: & debet scribi sine aspiratione ut est apud Hebreos. errasse putant: q; si: d. minime errauerunt qui castitatem seruarunt Iam secula postq; Expertes Veneris / ignorant. coitum degunt. virā agūt bisquina id est decem secula hoc est anni Mille. Eliam Thebiten prophetam Poeta vult primum castitate claruisse: qui sub Achab pessimo Rege Israel prophetare incepit: a quo vsque ad Christi Iesu natiuitatem quasi anni Mille supputantur.

Eliades
Elias

Hi populis exemplar erant ne crederet ullus

LIBER .II. FOL. XLIII.

Esse nefas syncerum esse & dediscere tædas.
 Tu tamen es tradenda viro : qui frigidus annis
 Atq; tui consors voti custosq; pudoris
 Non inuasor erit. tacita nos arte mouemus
 Corda hoim; non tot fingunt se Protea quondã
 Immutasse modis : nec tot variasse figuras :

Hi populis exemplar. Elię sequaces: ne crederet estimaret esse
 se nephas id est impium: esse Syncerem id est purum & dedis-
 cere tædas id est nuptias.

Tu tamen es tradenda viro id est nubes: qui frigidus annis
 id est senio confectus. Atq; tui consors voti: custosq; pudoris:
 Iosephum designat. tacita nos arte id est occulta arte mouemus
 Angeli. Corda hoim; non tot fing. se Protea. q. imutasse va-
 riasse.

Proteus fuit Oceani & Tethyos filius. Pallenē Thessalię pa-
 triam habuit: regnavit in Carpacho Insula. Tum etiam apud
 Aegyptios auctore Hesiodo. Diodo. scribit Proteū ab Aegyp-
 ticijs Cerea dictum: fuisseq; belli Troiani temporibus: tradunt
 q; eum fuisse arcium peritum: in varias se formas vertere solitum:
 ut nunc animal quandoq; arbor: aut ignis: aut qd aliud
 videretur. meminit eius Herodotus. Syllius Capreas insulas
 Campanię eum fingit tenuisse. Dicam alibi plura.

Hesiodus
 Diodor.

Herodo.
 Syllius

Quot formis animos hoim; mutamus: aguntur
 Quo minime credūt: sed nos in sancta vocamus
 Officia: ast alij tardant retinentq; vocatos.
 Ut quando in leui stat ferrea lamina disco
 Si dextra Magneta loces Adamanta sinistra:
 Quo veniat nescit dubitatq; utrinq; vocato
 Cui faueat cuius magis hortamenta sequatur:

Quot formis animos ho mu. Designat nutu Angelorū:
 mutari mentem hominum: sunt enim animi custodes ut etiã
 Platonici persuadent.

Sed nos in sancta vocamus officia id est i virtutes. Ast alij
 tardant impediunt mali scilicet. Ut quãdo in leui polito. stat
 fer. la. Adamas Impedimento est Magneti: ne ferrum trahere
 possit.

PARTHENICES PRIMAE

Tu voti secura omnem mihi desere curam.
Ibo & peruigili tractanda remeciar arte.

Cura

Tu voti secura id est castitatis. o. m. d. curam diligentiā. Cura eo quod cor urat auctor Varro. Ibo & peruig. diligenti: ar Varro.
te remeciar tempabo.

Vix ea finierat cum fracta nube solutum est
Corpus & in ventos assumpta recessit imago.

Vix ea finierat: cum fr. nub. solutum est Corpus: assumit enim speciem corporis ut a nobis videri possint. & in ven. asumpta re. imago id est euanuit.

Tempora velatę tenis ad sidera palmis
Conuenere nurus pueri t repidęq; puellę
Rugosiq; senes tremulo pia murmura mento
Voluere certabant: Superosq; mouere precādo
Canicie ostensa Diuis & vertice nudo.
Et tremulis circum lucentes ignibus aras
Sancta Sacerdotes: albaq; in veste ministri
Carmina & insigni celebrabant orgia ritu.

Tempora velatę Quoniam precibus statuere voluntatem indagare diuinam: super nuptijs & voto: quę res alteri cederet ut supra cecinit Poeta: nunc describit conuenisse populum ad precandum: & cū tribus diebus ieiunio & orationi vacassent: responsum summo Sacerdotum Principi datum est: ut singuli qui Parthenices coniugium peterent: virgas in templum ponerent: & cuius virga frondes virentes produceret: huic cederet Virgo in coniugem.

Nurus

Tempora velatę Ostendit ritum precanc ium. velatę rectę: tempora id est capita Synecdoche. Conuenere nurus: omnem sexum & ætatem cōuenisse designat. Nurus iuuenes mulieres nuptę. pueri iuuenes tr. que puellę: virgines. Rugosiq; senes tremulo pia murmura id est preces. Voluere certabant id est cōtendebant. Canicie: ostensa Diuis id est nudo capite Et tremulis circum: & Sacerdotes id est & ministri in alba veste & sancta celebrabant carmina & orgia festa: insigni ritu preclaro more: circum lucentes aras tremulis ignibus. Epitheton ignis tremor.

Tercia lux aderat postquam vulgata per omnem
 Concilij concordis erat sententia turbam.
 Iam labor orantes & diffidencia tardos
 Reddiderant: segni frigebant pectora motu.
 Tum diuina p̄ces mens que nō despicit aquas:
 Ad summū secreta dedit responsa Choragum
 Sacrorum: tenues fugit leuis ille per auras
 Ingressusq; Senis nocturna cubicula somnos
 Abstulit: & tali est aggressus voce pauentem.

Tercia lux aderat. Tres dies preces continuatas cōcordi sen-
 tentia designat. Iam labor orantes: tedio & labore fatigati: seg-
 nes reddebantur. Tum diuina preces Deus p̄orum exauditor
 est. Ad summum secreta: dedit responsa. Choragū id est ad sum-
 mum Sacerdotum Principem.

Choragus dator & princeps choreę: & generaliter pro offi- choragus
 cij Principe sumitur: & gr̄ce ὁ χορηγός dicitur & producit
 mediam. Et tenues fugit leuis ille per auras: Ingressus domū
 intelligo Senis Choragi: nec cub. somn. Abstulit & ta. est ag-
 vo. pauentem: trepidantem & timentem de responso.

Sumere Thracia virgas de fronde Tribules
 Quemq; suam: & ferri sumptas in tēpla iubeto:
 Mane reuertantur: cuius frondere cacumen
 Videris: illius domino coniunge Puellam.
 Hęc ait: & motis abiens euauit alis.
 Mane Senex sol ante iubar quam tolleret undis:
 Conuocat extemplo Patres missosq; per urbis
 Compita /perq; domos pplm̄ preconē coegit.
 Confluxere omnes: campo plebs densa patenti
 Vix capitur: surdum spaciofa per atria murmur
 Confusumq; sonat: pede pes & pectore pectus:
 Virq; viro premitur: ceu quom collecta theatro
 Stabat Roma graues simul auditura Tragædos

PARTHENICES PRIMAE

- Phillis.** Sumere Thraicia de fronde id est ex amygdalo. Dicit Thraiciam quoniam Phillis ob amorem Demophoontis Thesei filij se ex amygdala suspendit: & quia ipsa ex Thracia fuit arbor ab ea Thracia dicitur. Thraicia autem ab eo quod est thrax deducitur. habet enim θραξ i iota subscriptum: quæ appellatur dyphthongus impropria: quam si diuiseris θραξ id est thraix dissyllabum dicitur. vnde adiectiuū thraicius & thraicus dicimus. Tribules pro contribulibus ponit. Nam Tribules proprie appellantur qui extra censum sunt a sola Tribu sic vocari. Contribules autem dicuntur eiusdem Tribus Marcialis Nūcanus & tremulo vix accipienda Tribuli. Quæq; suam singulas virgas: & fer. sump. in templa iubeto. præcipi to ferri portari in templum. Mane reuertatur id est postera Lucæ: cuius frond. cacumen id est verticem. Videris: illius virgæ domino coniunge Puellam Hæc ait & mo.
- Presbyter** Mane senex Sacerdos seu proprie Presbyter: non enim Presbyter prebens iter interpretatur ut stulti somniant: sed senex seu Senior interpretari debet. Sol ante iubar. q. t. v. e mari solē oriri existimant: & in mare occidere. Conuocat extemplo id est statim Virg. Extemplo Aeneæ soluuntur frigore mēbra: mis
- Compita:** loq; per urbis. Compita ubi viæ competunt in urbe: vel alibi.
- Cōpitalia** Vnde festa compitalia laribus sacrificantes celebrabant. Au-
- Cogere** stor Varro: p q; do po. præcone cogit id est in unum collegit. Cice. tuscula quæ li. primo Cœlū hoc i quo nubes imbre q; coguntur. Terēcius in Heauto. Quali talēta ad quindecim cogi. Cōfluxere omnes campo p. don. Tumultum & murmur populi designat. Ceu collecta teatro: per compacionē sicut olim Rom. po. in theatra conueniens ad spectacula Tragedorum. Theatrum spectaculum potest interpretari: & fue re ædificia seu machinæ in speciem Hemicycli edificatæ: in quibus po. Ro. ludos spectabat: scēnicos. frontem enim quæ velut corda inter arcus cornua patebat scēnam appellabant: quæ binis & sepe pluribus contignacionibus constabat. Mansurū theatrum. Pompeius magnus primum Romæ struxit. Corne. Tacito teste. Caligula Imperator absoluit Suetonio auctore.
- Amphiteatrum:** Amphiteatrum ex duobus theatris constat: ut id quod Romæ iuxta templum Pacis Vespasiani Colosseum vocant a Nerōnis Colosso: Scēne causa ex eo ortum habuit: ut Comiti Tragiciq; & ceteri Poete in his sua recitarent poemata. Tragici Poete qui Tragœdias scribunt. Est autem Tragœdia heroicę fortunę in aduersis comprehensio. auctore Diomede: a tragos

Marcialis

Virgilius

Varro
Cicero.
Terēcius

Corn. Ta
citus
Suetōius

Diomed.

LIBER II. FO. XLV.

& oda dicta: quoniam olim auctoribus tragicis Τρῳγοῖς id est hircus premium cantus preponebatur: qui liberalibus: die festo Libero patri ob hoc ipsum imolabatur: quia ut ait Varro depascunt vitem: & Horacius in arte Poetica. Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum. Virg. Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris Ceditur. Alij putant a fœce Tragediam dici: quam græci quidam Τρῳγοῖς appellant: quoniam personis nondum inuentis talis fabulas peruncti ora fœcibus agitabant. Horacius. Sic ignotum tragice genus inuenisse camœnæ Dicitur: & plaustris vexisse poemata Thespis: Quæ cernerent agerentq; peruncti fœcibus ora Diomedes auctor.

Sicut Roma collecta teatro: stabat simul auditura graues id est tristes Tragedos: nam constat Tragedia tristibus rebus: continet enim luctus exilia & cedes Regum Heroūq; Tristitia namq; Tragedie proprium. Ideoq; Euripides petente Archelao rege: ut de se Tragediam scriberet: abnuuit. ac precatus est: ne accideret aliquid Archelao Tragedie propriū: ostendens nihil aliud esse Tragediam q̄ miseriarum comprehensionem. Diomedes auctor.

Euripides
Archelaus

Conuentu senior Patrum stipante Sacerdos
Exiit: & tandem populo diuina silenti
Iussa aperit: didicitq; Tribum: iussitq; solutos
Connubio acciri: virgiscq; in templa relatis
Vota precescq; iterāt. magicis componere qdam
Philtrā veneficijs: Circeaq; carmina & herbis
Phalidibus voluere nouas inducere frondes.

Conuentu senior. Designat sacerdotem nunciasse Contribulibus diuinam mentem: didicitq; Tribum. ex eadem enim Tribu coniuges sumebant ut est in Lege Moyfi. Iussitq; solutos Connubio acciri. i. aduocari: virgiscq; in templa relatis: Vota precescq; iterant: ingeminant. magicis componere quidam Philtra veneficijs. Inducit Agabum prophetam cuius meminit Lucas in actibus Apostolorū: qui prophetabat famem futuram in diebus Claudij Imperatoris. & dicit Poeta noster hūc magicis artibus attentasse virgē suę inducere frondes: multosq; similia fecisse. huic autem demonem responsum dedisse: quid occultum agi cum Parthenice: nec rem demonibus notam fore. Philtrum græcum est vocabulū & dici potest amatorium: & est veneni genus amorem inducens seu potius insana

Agabus

Philtrum

MAR
Dicit Ter
Tholo
tia fuit
modi
horacius
Virgilius
horacius
Diomedes
idem
Lucas

PARTHENICES PRIMAE

Magica

niam. Ouidius. Philtra nocent animis: vimq; furoris habent. Iuue. Hic Theffala vendit Philtra quibus valeat mentem vexare mariti. Magicam artem fraudulentissimam in toto terrarum orbe pluribus sæculis valuisse scribit Plinius. Natam primo ex medicina nemo dubitat: tum desiderantissimis blandissimisque pmissis addidit vires religionis: ad quas maxime etiam nunc caligat humanū genus: accesserūt artes mathematicæ: nullo non auido de se futura sciendi: atq; ea futura e celo verissime peti credente. Ita possessis hominū mentibus triplici vinculo in tantū fastigij adoleuit: ut hodie quæ etiam in magna parte gentium præualeat: & in oriente Regum Regibus imperet. Orta in Perside a Xoroastre auctore. Primus de ea commentatus est Hostanes Xerxem Persarum Regem bello quod Græciæ intulit comitatus. Apuleius Magum sacerdotem appellari dicit. Laercius Philosophiam a Magis ortum habuisse scribit: eosq; Magos appellari apud Persas: qui apud Græcos Philosophi dicuntur. Plato Magiam dicit esse artem Dñs immortalibus acceptam colendi eos ac venerandi per gratam piã scilicet & diuini scientem. de hac plura Pli. in lib. trigesimo.

Ouidius
Iuuenalis

Plinius

Apuleius
Laercius,

Phasis.

Circaq; carmina. Circe fuisse veneficam supra ostēdimus: & herbis Phasidibus a Madea Aeete filia quæ ad Phasim i Colchide nata fuit. Phasis fl. Colchidis auctore Ptolomeo & Strabone: a quo Phasides herbas dicit veneficas.

Ptolomeus
Strabo

Horum unus vetitas artes edoctus: ut alnum
Intempesta diem tacitis nox attulit umbris

Necromā
cia.

Horum vnus. Agabus. vetitas. prohibitas artes: etiam Romanis Legibus Magia fuit vetita. Dicit Poeta noster Agabū ad Necromanciam processisse: quæ fit per mortui recentis suscitacionem de qua plura apud Lucanum libro sexto. Dicitur autem ἄπο τοῦ τοῦ μέκροφ hoc est a mortuo & μαρτίᾳ diuinationis.

Lucanus

Gallciniū
Conticiniū

Intempesta diem nox. Dicit intempesta noctem attulisse diem tacitis umbris id est inferis Lucanus. Hanc ut fama loci Pompeio prodidit alta Noctē poli Titan medium quo tēpore ducit Sub nostra tellure diem. Quom nobis nox est habitātibus in inferiori Hemispherio dies est: ut est apud Hyginium. Vult autem noctem magicis artibus idoneam esse. Vnde i litera legendum est: attulit & non abstulit. Macrobius diem hoc modo diuidit. Primum tempus diei: dicitur medię noctis indinationis. Deinde Gallciniū. Inde Conticiniū: cum & galli cō

Hyginus

Macrobius

LIBER II. FOL. XLVI.

timeant & homines in quiete sunt. Deinde Diluculum id est cum incipiat dinosci dies. Inde Mane dum dies clarus. A mane ad Meridiem hoc est ad medium diei. Inde tēpus Occidū: & mox suprema tempeſtas hoc est diei nouiſſimum tempus. Deinde Vespera a stella Hespero. Ab hoc tempore prima fax dicitur. Deinde Concubia & inde Intempeſta quæ non habet idoneum tempus rebus gerendis.

Solus in aeris turre fastigia secum

Arma togasq; ferens sacrauit manibus aram

Sub Diuo: testis nemo nisi ventus & astra:

Nocturnalq; preces iterans præſcire volebat

Parthenices ne ſibi thalamum ſperare liceret.

Ecce per aerios tractus magno agmine ab arcto

Spiritus obscuris ad turrim annauigat alis.

Solus in aeris turre. i. alte: fastigia secum. Arma togasq; vestes & cultros ad ſacrificandū Manibus: hoc est Dñs inferis. ſa. manibus aram. Sub Diuo. Diuantiq; ex græco appellabant a Deo ortum & diurnū ſub cælo lumen. Vnde adhuc ſub Diuo fieri dicimus: quod non ſit ſub tecto & interdū quod contrariū eſt noctu. Feſtus auctor. Teſtis. ne. m. u. & aſtra Nocturnalq; preces iterans: multiplicans. præſcire vol. Parthenices virginis Marię thalamū. nupcias. Ecce per aerios tractus. i. p. aerē ad turrē annauigat. volat trāſlacio recipi. Vir. Remigio alarū

Qualis ubi veniens ad ſæda cadauera vultur:

Brachia præcipiti iactat plumoſa volatu.

Qualis &c. Compacio. Talis erat volatus ſpiritus ſicut vultur ſolet veniens ad ſæda cadauera iactare plumoſa brachia: periphraſis alarum. præcipiti veloci volatu Pli. ſcribit Vultureſ biduo aut triduo ante volare ubi cadauera futura ſunt. Vultureſ ſagacius odorantur eodem Auctore.

Atq; gradum ſiſtens nigro ſic incipit ore.

Fare: quid infernas nocturnis cantibus aures

Sollicitas? quaſi ta dari reſponſa vetantur.

Aetheriæ prohibent animę: numenq; triforme:

Alcius abſtruſum latet hac in Virgine quiddā:

Quod dici ſciriq; nefas: ſententiã noſtros

Diluculū

Mane

Meridies.

Occidū.

Suūma tē

peſtas.

Vespera

Prima fax

Cōcubia.

Intēpeſtas

Diuna;

Vultureo

RIMAE

q; foris habet
alce memon
Timam in re
e Plinius. N
erant. E
ad quæ m
at artes m
e aſtra
m m
que in m
egum Reg
Primo de
egem. h
m fac
o orum
qui apud
e arum
ch per
lib. 1. c.
ad Plin
olomus &

Feſtus.

ut al
amb
am
ra no
ma
D
p

Plinius

ochem
ocur
um
mox
ed Hy
lle. V
nter
um h

PARTHENICES PRIMAE

Circumfert anceps animos : sortisq; futuræ
Ambigui casus multaq; ambage latentes.

Hecate!

Atq; gradum sistens ni sic incipit ore. Demon loquitur in cantanti Mago. Fare dic: quid infer. noct. cantibus id est incantationibus Vir. Frigidus in pratis cantado rumpitur anguis. Sollicitas id est urges: quesita. d. resp. verantur phibentur. Aetherie: celestes prohibent. impediunt anime id est Superi phibent. numenq; triforme hoc est Hecate: quæ triformis est in numine: quoniam eadem puratur Diana Luna & Proserpina Alcius: profundius abstrusum id est receditu. Later hac in Virgine Maria Quod dici sciriq; nephas: sententia nostros. Circuse. anceps dubia. sortisq; futuræ id est regni futuri. Ambigui dubij casus: multaq; ambage. circuicione: ænygmate.

Virgile

Sicut cum modo sol nubes modo nubila solem
Exuperant / nunc letatur nunc moeret orator:
Spemq; metumq; inter dubius . ne discere tenta
Quæ quoq; doctorem fugiunt . coia quedam
Fabimur: addentes quæ nec didicisse pigebit:
Ne frustra videre Deos in vota vocasse:
Quandoqdem te nō minimo dignamur amore
Nos inspectores scelerum sumus orbe: futuri
Ultiores alio: sæui sunt vincla dracones:

Tentare

Pudet?
Piget.

Sicut cum modo sol. n. mo. nub so Nunc serenū: nunc turbidum Arator id est rusticus. nunc letatur. gaudet: nunc moeret tristatur. Spemque int Ne discere. inquirere & cognoscere tenta. Tentare experiri. Virg. His fretus non legatos neq; prima per artem Tentamenta tui pepigi. Quæ quoq; doctore fugiunt. quæ ignoscuntur etiam a principe demonum. Cōmunia quedam generalia: fabimur: dicemus: quæ nec. didi. pigebit id est penitebit. Pudet & piget hoc distant. Pudet enim verecūdie est. Piget penitencie Marcellus auctor Ne frustra vid. d. i vo. vocasse Hos inspectores scelerum. dicit spiritus arios esse scelerum inspectores in hoc mundo: & in alio orbe id est apud in feros ultiores. punitores: sæui sunt vincla dracones.

Idem

Marcellus

Tartarus est carcer: sunt verbera: frigus & ignes:
Lux incerta diem spargit per nigra malignam

Tecta: sonāt late planctus plabē ordine terno
 Diuidimus. primo purgati crimine circo
 Penarum expertes degunt: ea tecta vetustas
 Elysiū vocat. hac vates & longa parentum
 Progenies demptis habitant stacione duobus.

Tartarus est carcer. Tartarus dicitur a τάρταρος quod
 est conturbor: quoniam illi omnia turbata sunt: & pluratiue
 solum neutro effertur genere ut Diomedes auctor est. Sunt ve
 rbera id est flagella: frigus & ig. Lux incerta tenebrosa sonant:
 late id est passim planctus. ibi enim Acheron quod sine gau
 dio & Cocytus quem luctum interpretatur. plebem ordine ter
 no Diuidimus. Tres inferorum carceres seu mansiones' desig
 nat. Elysiū in quo purgatos aduentum Christi expectare di
 cit: in quo Patres antiqui & Prophetę manebant. Secūdus cir
 cus est eorum qui purgantur. Tercius est locus eorum qui p
 petuo puniuntur. Poete nouem ponunt circos ut est apud Vir
 giliū in sexto: & apud Syllium in decimotercio. Primo cir
 co degunt: purgati crimine expertes poenarum: ea tecta vetu
 stas antiquitus: Elysiū vocat. Syllius in decimotercio sic de
 scribit Elysiū. Tum seducta loco: & laxata lucida nocte Clau
 stra nitent: quę secreti per limitis umbram Elysiōs ducūt cam
 pos: hic turba piorum. Nec stygio in regno cęli: nec postea sub
 axe: Verum vltra oceanum. Homerus fortunatas insulas pro
 Elysiō ponit: cui & Sylliana descriptio quadrat. Sunt autē for
 tunatę insulę non longe a promontorijs Mauritanie: quę Ga
 dibus opposita sunt: ut est apud Strabonem & Ptolomeum.

Hac vates in hoc loco & in ea parte habitant prophete: & anti
 qui patres. deptis duobus Eliā & Enoch qui in paradisiū trā
 lati dicuntur a theologis.
 Hi partus spectare nouos dicuntur: & arcem
 Aetheriam sibi promittunt: finemq; propinquū
 Exiliij mussant: apud hos de virgine quadam
 Plurimus / & multa tectus caligine sermo
 Vertitur. hi nec adhuc faciem videre tremendā
 Regis Olympiaci: sola hęc & maxīma pœna est
 Sedibus his quondam venturo numina sæclo
 Sufficient: hos a nobis nulla auferet ætas.

Tartarus.

Diomed.

Virg's

Syllius

Homerus

Strabo

Ptholeme

Elysiū.

Insulę for
tunatę

PARTHENICES PRIMAE

Arx.

Hi partus. Designat Patres in eo loco promittere sibi ipsis Redemptorem nasciturum ex virgine Maria: & arcem Aetheream celestem. Sūma quæq; arcēs appellarunt veteres quod Solinus ab Arcadibus tractū dicit: qui montes in Lacio iſederāt

Solinus.

Finemque propinquum Exilij. Bene exilij quoniam extra celestem patriam ideoq; extorres. apud hos de virg. quadā Plurimus multus frequensq; tectus caligine obscuritate sermo Vertitur voluitur. Hi nec adh. dicit solum esse his pœnā carere visione Dei. Faciem vider. tremendam id est venerandā Regis olympiaci sola. h. & m. p. e. Sedibus his numina sufficiunt id est substituent. Virgilius Georgi. quarto. Atq; aliam ex alia generando suffice prole Aeneidos. ij. Ipse pater Danais animos viresq; secūdas Sufficit. vêturo seculo. i. vita futura his sedibus. his locis. hos a nobis. substitutos nulla auferet ætas. De pueris loquitur qui sine baptismatis sacramēto moriūtur.

Virgil.

Alter habet fontes animas: quibus igneus ardor
Eximit infectum scelus & telluris odorem.
Hæ nisi soletur pax expectata quiesq;
Vix tormenta ferant: tanto locus æstuat igne.

In prepō.

Alter habet fontes animas. Purgatorium designat. q. ig. ardor. Eximit infectum valde significat. In preposicio Diomede teste aliquando valde significat. Virgi. Infectum eluitur scelus aut exurituri igni: Quisq; suos patimur Manes. & telluris odorem: ex peccatis & concrecione contractum. Virg. Donec longa dies perfecto temporis orbe: Concretam exemit labem: purumq; reliquit Aethereum sensum.

Diomed:

Virgil.

Hæ nisi. dicit pacis & quietis spem: tolerabilem facere pœnā quæ alias intolerabilis esset.

Tercius infelix hominū genus orbis in amplo
Carcere conuoluit: magis hæc discedit ab astris
Introrsumq; fugit regio. penetralia nostri
Principis hic: alitis animæ fornacibus ardent
Spe viduæ: nullamq; audent sperare quietem.
Iupiter huc multas: multas huc mittit Apollo:
Mercurius multas: nec non Saturnus & auctor
Bellorū; Phœbe innumeras: & nata Diones.

Tercius in fœ. hominū. Tartarum designat. magis hæc dist.

LIBER .II FOL XLVIII.

Virgil

ab ast Virg. de tartaro Bis patet in præceptis tñ tēditq; sub umbras: Quantus ad ethereū cœli suspectus Olympū. penetralia nostri Principis Plutonis: Penetralia Festo auctore sunt Penetium deorum sacraria: & sumitur pro secretiori pte edium Penetrabile Hic altis anime for. ardent. Spe viduē: carentes spe liberationis: nullāq; aud. sp. q. Iupiter huc multas. Deos Gentiliū designat quorū cultores ad tartarū descendunt. Iupiter quasi iuuans pater: Apollo. Plato solem Apollinem dicit & πo τoσ πολλοτoσ ακτιμοσ . i. a iactu radiorū Macrobius auctor Mercurius mltas. nec. n. Sat & auctor belloꝝ. id ē Mars Phoebe Luna & nata Diones id est filia Diones Venus.

penetralia

Iupiter

Macrobi.

Dione Oceani & Tethyos filia teste Hesiodo: Veneris mater. Claudianus Sic Venerem querat deserta Dione. & ponit aliquando pro ipsa Venere Ouid. in fastis Hippolyte infelix velles coluisse Dionem. Syllius lib. decimoquarto. Numen erat celsę puppis vicina Dione.

Dione

Hesiodus

Claudian

Ouidius.

Syllius

Pellitur huc qcquid cœlum fastidit: & hircus Despiciunt Superi obliquis: ultima rerum hic.

Pellitur huc quicquid cœlū fastidit/ contemnit. & hircus Despiciūt Superi obliquis aduersis oculis. Hircus dicitur oculi angulus. & pro eo ponitur qui oblique respicit ut Strabus. Petus qui oculis in altum respicit Hora. Strabonem appellat Petum pater.

Hircus:

Strabus

Pætus.

Horacius

Nos veros quociens animas magni euocat orco
Illarum assumpta mentimur imagine vultus:
Carminibus folijs auibus fumoq; ligari
Dicimur: & circumductis in puluere signis.
Sed veluti plerisq; alijs ita fallitur isto
Mens hoim: veniunt ultro nostraq; salute
Sollliciti Manes uobis ventura loquuntur.
Dixit: & alato discessit in aera tergo.

Hos veros. Dicit cū Magus euocat anias ab orco: nos spūs sumpta illarū imagine: mentimur veros vultus. Carmibus. i. cātū: folijs herbis itelligo: auibus Augurijs: fumoq; ligari id ē thuris fumo. his omnibus Veneficia & Incācāciōn. fiūt: & circumductis in puluere signis. Geomāciā designat q̄ sit notis ī puluere descriptis. Dicā de oibus his alibi. Veniūt ultro Manes.

PARTHENICES

PRIMAE

hoc ē boni angeli solliciti sunt de salute hoīm bonorū: & eis futura aliquando denunciant: non demones quibus futura ignota sunt. Dixit & alato dist. in aera tergo. Sed veluti pl. Verba sunt Poete.

Perculsum trepida iuuenem formidine sortis
Poenituit: secūq; putans audita / seueros
Carmeli Patres adiit. tunc omnis eremi
Cura fuit penes hos & coelibis oia vitæ.

Perculsum trepida: iuuenem formidine sortis: condiōis /
Sors & Sortis in recto dicitur Auctore Prisciano. secumq; pu-
Sortis tans Relicta magica supersticiōe accessit iuuenis ad patres Car-
meli montis: quem inhabitasse fingit Poeta illius temporis vi-
ros bonos a quibus ortum habuit religio & obseruancia eorū
quos Carmelitas dicimus: cuius professionis Poeta noster ex-
Eremus. ilit. Tūcōis Eremi. Eremus græcum est vocabulum & ha-
bet mediam longam scribitur enim cū x apud græcos. Cura
Coelibes fuit p. hos & coelibis oia vitę id est castę. Coelibes a cœlo dican-
tur casti. Plinius scribit gentem Hæssenorum in Iudea fuisse si-
ne vlla foemina: omni venere abdicata: sine pecunia: socia pal-
marum: retulit & Solinus. In diem ex equo conuenarum tur-
ba renascitur: longe frequentantibus quos vita fessos ad mo-
res eorum fortunę fluctibus agitat. Ira per sæculorū milia (ita
credibile dictu) gens æterna est: in qua nemo nascitur.

Moribus auxilium fractis habiturus ut altam
Se tulit in montis requiē: siluasq; silentes
Per secreta tulit gressum spelea: Virumq;
Viuendi coeleste genus miratus / amorem
Imbibit imensum cœli: seq; ipsum perosus /
Incola Carmeli vixit: tandemq; voluto
Tempore cum magno fidei mysteria paulo
Edidicit: Mariæ primus cum Patribus ædem
Vertice Carmeli posuit: sociosq; vocatos
Ad Iordanis aquam lustralibus abluuit undis:
Cum Baptista nouæ iaceret primordia gentis
Hispidus hirsutæ villosa tegmine capræ:

Priscianus
Plinius
Solinus

LIBER .II. FOL. XLIX.

Moribus auxiliū fractis id est fessis habiturus. ut ait. Se tu
lit in montis Carmeli. requiem. Religionem requiē dicit: qui
es enim curarum apud eos est: qui soli Deo vacant. Siluasq; si
lent. Epitheton siluarum. Per secreta tulit gressum. Spelea. Spe
leum græcum est speluncam designans. virumq; pro virorum
Viuenti miratus celeste genus viuendi virorum. Imbibit im
mēsum am. celi. seq; ipse perosus contemptus sui: Humilita
tis primus gradus. Incola Carmeli vixit tandemq; voluto. De
designat eum fidem cum Paulo Apostolo didicisse & templū
beate Marię in Carmelo fundasse: sociosq; vocatos. Ad Iorda
nis aquam lustralibus. purgatorijs Lustrare expiare est Virg. Lustrare?
in Bucu. & cum solennia votis Reddemus Nymphis & dū lu
strabimus agros. Abluit undis. baptismatis. Cum baptista. Io
annes eremi cuius. iaceret primordia gentis. Christianę. Hispi
dus Iuue. Hispida membra quidē & dure brachia setę.

Speleum.

Lustrare?

Protographus Lucas Agabum vocat: oīa mīto
Ante videns animo: fuit interpretæsq; futuri.
Namq; catenarum nodos & ferrea Paulo
Vincula prædixit: longosq; per æquora cursus:

Protographus Lucas. Primus scriptor: hoc est principalis
scriptor testimonio Pauli qui laudem eius euangelij dicit esse
per vniuersas ecclesias. Agabum vocat. Agabus propheta/
uit famem futuram: quę fuit ī diebus Claudij Imperatoris ut
Lucas scribit in actibus Apostolorum. Eiusdē famis meminit
Tranquillus in Nerone. Nāq; catenarum nodos. Claudius
Lysias tribunus militum Paulum apprehendit: & duabus ca
thenis alligauit: ut est in actibus Apostolorum a Luca scriptū.
Longosq; per equora cursus. nauigationē Pauli designat: qua
a Syria Romam nauigauit in manu & potestate Iulij centurio
nis cohortis Augustę cum ad Cęsarem appellasset: ut est in ac
tibus Apostolorum.

Protogra
phus
Agabus

Vipereos morsus: Simoniacosq; volatus;
Insidiasq; suę gentis; bellumq; sub ipso
Et celebrem palmam venturaq; fata Nerone.

Vipereos morsus. Paulus Apostolus in ea nauigatione:
naufragium passus venerat in insulam Mytelenem: ut textus
Luę habent. At ego in insulam Meliten eum venisse æstimo:
naufragium enim istud factum est in mari Libyco: ut ex supe
rioribus litterę verbis capio. dicit enim Lucas. In insulā quan
H i

Mytilene
Melite.

PRIMAE

in honoris d
quibus sum
Set volatij

midine fori
reuerens
is eremi
ia vitz.

Virgil

uuenap.

Lucas:
Trāgillus

o nactio.
ut alen
silentes
irumq;
amorem
n peros/
oluto
ia paulo
ribus ad
vocato
uit undis
dia gent
capra;

PARTHENICES PRIMAE

dam decurrentes quæ vocatur Cauda (Cego itidem Caulon legendum estimo) potuimus vix obtinere scapham. Quæ sub-
lata adiutorijs utebantur accingentes nauem: timētes ne in syr-
tim incidere. Est autē Syrtis in Aphrico pelago: in quo insu-
la Caulos Melita Cosyra Pomponio teste. Mitylene autem ci-
uitas est in Lesbo insula Strabone & Pomponio Ptolemeoq;
testibus. In istam insulā Paulus delatus cum Sarmentorū mul-
titudinem imposuisset super ignem: Vipera a calore cum pro-
cessisset inuasit manum eius: ille excuciens bestiam in ignē / ni-
hil mali passus est: quod videntes populi Insulares deum cre-
debant eū esse: ut scribit copiose Lucas ultimo capite. Simo-
niacoq; volatus. Simonē Magum intelligit: quem in cœlum
volasse dicit ac diuino nutu cecidisse. Insidias suę gentis id
est Iudeorū qui insidias plures Paulo tetenderunt. nam quidā
deuocione deuouerunt se nihil gustaturos / donec occiderent
Paulum: unde Lysias cum custodia militum misit eum ad Fel-
licem Syrię presidem. bellūq; sub ipso Nerone: & celebrem pal-
mam id est victoriam martyrii. venturāq; fata. Sub Nerōe enī
interemptus fuit Paulus: superiora autem sub Claudio con-
tigere.

Simon

Pomponi-
us
Strabo
Ptoleme-
us
Lucas.

Sed Deus ælatus studium cui fallere mentes
Frigentem & casto solitum seruire pudori
Elegit de plebe Virum: cui cana senectus /
Cui caua sulcantes crispabant tempora rugæ.
Mane reuertuntur scrutatīq; ordine virgæ:
Vt videre Senis summum frondere cacumen
Illud Thraiciæ de Phillidis arbore tractum
Vimen erat: longæq; nuces in fronde virebant;
Inuidit: ceciditq; animis fraudata iuuentus.
Vt quando in somnis aurum se credit auarus
Inuenisse dolos meditans exultat inani
Læticia: mox euigilans sua somnia mœstus
Voluit: & in tristes abeunt noua gaudia curas.

al' pudore

Sed deus ælatus studiū. Superbis Deus resistit: humilibus
dat gratiam. cui fallere. decipere superbas mentes. Frigentē id
est senem. & casto solitū seruire pudori id est pudicum. Elegit
de plebe id est populo. virum. Ioseph senem designat a Deo de-

Stum Marię coniugē. cui cana senectus. epitheton senectutis ca-
nitudo. Cui caua sulcantes crisp. tēpora ruge. Mane reuert. Vt
videre senis. Ioseph. Illud thraicię de phillidis arbore. quoniā
In Amygalo se suspendit Phyllis ob Demophoontis amorem
ipsa autem Thraicia fuit. Longeq; nuces in fronde vir. Amyg-
dala græca nux dicitur. Macrobio auctore. Iuudit: cecid. q. 2
fraudata. decepta iuuentus. Vt quando in somnis aurū: se cre-
per compacionem auari.

Ducitur in medium Senior: plausuq; sonoro
Susceptus iussuq; gradu discumbere summo
Obstupuit: nec enim senio iam fractus Ioseph
Ad tam insperatos animum tollebat honores:
Venerat ædicto cupidus parere / reliciam
Mens usq; ad incudem vel ad ærea signa vocabat.
Et tanta hæc fieri de se spectacula nunquam
Crediderat. Iuuenes post tam manifesta repulsã
Omina perpeffi demissis frontibus ibant:
Et rerum ignaris tam florida Virginis ora
Non bene coniungi gelidæ turpiq; senectæ
Murmur erat: tamē & virgæ noua signa virētis
Mœsta per ancipites ducebant pectora curas.
Discessere loco: virgisque abiire relictiis.
Interea Matrum longa comitante caterua
Adduxere Nurus insignem in templa Puellam:
Cuius ad aspectum q̄mquam transcenderet ore
Omne decus mortale / tamen suppressa libido
Omnis & extincto semper Venus igne quieuit.
Ac si feruentem gelidos in Donda rores
Palladiosq; super calcem diffuderis imbres.

Quintil: Ducitur in med. Senior. Senior & valde senem significat Senior
ut Quintilianus de Socrate loquens ait. Eo namque seniore
Octauum enim & nonagesimum compleuit annum: præci /
pere Aristotiles Pomeridianis scolis cœpit. ubi seniore p val-
de sene dictū est. Oui. li. Tristiū. Sospite ste te: sit natus quoq;
Hij.

PARTHENICES PRIMAE

sospes: & olim Imperiū regat hoc cum seniore senex. Signifi-
 cat & non satis senem: ut apud Virg. Iam senior se cruda Deo
 viridisq; senectus Plausuq; sonoro Suscepit. iuss. quæ ge. d. f.
 summo eminenciori loco. Obstupuit. nec enim senio iam fra-
 ctus id est satis senex non sperauit tales nuptias. Ioseph quadri-
 syllaba dictio. Venerat ædicto. venit Ioseph ut ædicto pareret
 non ut libidini obtemperaret. Mens vel ad incudem relictam:
 aspirabat ad opus fabrile vel ad ærea signa. Et tanta hæc. f. d.
 se. spectacula nunq; Crediderat æstimauerat. Iuuenes post tam
 manifesta: aperta Omina virge frondentis perpassi repulsam.
 Qui in honoribus adipiscendis suffragijs destituuntur: repul-
 sam pati dicuntur. demissis front. ibant. humilibus miseradis
 frontibus. Virg. Aenei. iij. Decedit vultum: & demissa voce lo-
 cuta est. & rerū ignaris id est ignorantibus mysterium. tam flo-
 rida virg. ora. non. b. con. Improbabant matrimonium Senis
 & floride yginis: tamen noua signa virentis virge ducebant
 mœsta pectora per ancipites curas. Discessere loco vir. quæ ab-
 relictis. Interea Matrum Apparatum nuptiarum describit: q̄
 Nurus hoc est matrone duxere Parthenicen in templum. Cur-
 ius ad aspectū. Dicit pulchritudini ac venustati Parthenices i-
 signem pudiciam iustam fuisse: ut quamuis pulcherrima fo-
 ret: nemo tamen libidinose eam appetere valuit. quāquam trā-
 cenderet id est excelleret. ore. facie. omne decus mortale: tamen
 libido: omnis suppressa & Venus cupido semper quieuit ex-
 tincto igne id est fomite libidinis.

Ac si feruentem gelidos. Per compacionem: sicut si gelidos
 rores frigidam aquam diffuderis in feruentem id est calidam Do-
 rida: aquam: & si diff. Palladios imbres id est oleum super cal-
 cem. Oliua Palladii sacra est.

Ardua quadruplici surgebant ordine templa
 Porticuum: cōmunis erat pars extrema cunctis
 Fœmineis eciā turbis: quas menstruus humor
 Liquerat. Ingrediens igitur diffusa secundo est
 Tota cohors Circo: miti sacra Pronuba Nupte
 It comes: accedit iuncto Vir Auspice longum
 Agmen agēs: mediā volitās Hymeneus in Aedē
 lungite clamauit felici sidere dextras:
 Sanctaq; longæuæ connectite fœdera vitæ.

Virgilius

Idem

LIBER II. FO. LI.

Iamq; pio cōiuncta Seni : celebrataq; longa
 Festa die : dictæ laudes & reddita summo
 Vota Patri : lætiq; omnes in tecta reuerſi .
 Lætiore aduentu Natae Generoq; sedebat
 Canicie compta nitido velatus amictu
 Inē utriq; Parens : manibusq; utrinq; tenebat
 Complexus Generum dextra Natamq; sinistra
 Multaq; connubio super atq; recentibus actis
 Cōmemorans toti grates ſoluebat Olympo :
 Interdūq; iocans : & debilis immemor æui
 Lucundos mouet ore ſales : riſuq; modoſto
 Soluitur : & vires animo præbente miniſtris
 Inſtat : & appoſitis ſterni cœnacula menſis
 Ornariq; iubet thalamos : & limina multa
 Fronde coronari : ſpargiq; per omnia flores
 Atria : purpureos hederis veſtire columnas :
 Virgineaq; fores lauro folijsq; Mineruæ
 Cędrinas velare trabes : ſpargiq; recentes
 Sub pedibus violas : & hiancia lilia ſummo
 Vertice / quæ in tales Mater nutriuerat uſus.

Ardua quadruplici id eſt alta templa ſurgebant quadruplici
 ordine Porticū. Per Porticus Atria intelligit quæ circū tē
 plum Salomonis erant: erant autem quatuor. Primam erat
 Atrium Sacerdotum: & erat platea grandis ex omni parte cir-
 ca templum diſſuſa per quadrum: quæ pro foribus templi ad
 orientem plurimum extendebatur. Ibi enim erat altare cœreum
 & luteris: & ibi miniſtrabant Læuite & Sacerdotes pauimen-
 tū eius vario marmore ſtratū erat. hoc atrium appellabatur atrium
 interius ſeu ſacerdotū: & Aharonite q̄ imundi erāt: vel ppter
 maculā miniſtrare nō poterāt: illud nō audebāt introire. Poſt
 illud Atrium & infra iplum in decliuitate montis erat ſecundum
 Atrium: quod ſanctū dicebatur: Iosephus Aulā vocat. Erat autē
 diſſuſum p̄ circuitū circa Atrium interius longe: tamē maius eo
 H iij.

atria tēpli

PARTHENICES PRIMAE

stratū quoq; vario marmore: circūseptumq; muro. Erat autē murus ad occidentalē plagam simplex & nullam habens partem. In latere meridiano erant quatuor portę: duplices valvas habent. quę laminis aureis argenteisq; miro opere decorabāt. Eiusdem stemmatis erant portę in latere septentrionali. In his sedebant ianitores: ut arcerent imundos ab ingressu huius Atrij. Porro in orientali fronte erat porta quę speciosa dicebatur habens valvas æris Corinthij: & ab hoc Atrio per quatuordecim gradus ascendebatur in Atrium sacerdotū. hoc Atrium in Evangelio sapius templū dicitur. Sub hoc Atrio tertium erat eiusdem cōpōsitionis cum secundo & si non tantę venustatis. In hoc mundę mulieres tantū orabant. Infra illud erat quartū in quo orabant viri imundi & mulieres: tum eciam Gentiles. Vnde Poeta noster dicit. cōmunis erat pars extrema cunctis. extrema id est ultima. Extimū ultimū seu extremum significat: ita ut intimo sit contrariū auctor Festus. Fœmineis eciam turbis quas mēstruus humor Liquerat. In Leuitico Moyses scribitur. capite xv. Mulier quę redeunte mense patitur fluxum sanguinis septē diebus separabitur. De menstruo Plin. Solum autē animal menstruale mulier est: subdit. Sed nihil facile reperitur mulierū profluuiū magis monstrificū. Acescunt superuentu musta. Sterilescunt tactę fruges: moriuntur insita. Exuruntur hortor; germina: & fructus arbor; quibus insidere decidunt. Speculo; fulgor aspectu ipso hebetatur. Acies ferri præstrin- gitur: eborisq; nitor. Aluei apum emoriuntur: Aes eciam ac fer- rum tubigo protinus corrumpit: & in rabiem aguntur gusta- to eo canes: atq; insanabili veneno morsus insigitur. Quin & bituminū sequax alioquin & lenta natura in lacu Iude; q̄ vo- tatur Asphaltides certo tempore anni supernatans nequit auel- li ad omnē contactum adherens: præter quā filo quod tale vi- rus infecerit. Idem meminit. Solinus.

Extimū

Menstruū

Pronuba:

Ingressus igitur diffusa secundo est: in Atrio seu Aula se- cūda. Tota cohors pro multitudine ponit. Circo. Circū Atriū dicit: miti sacra Pronuba Nuprę id est Parthenices miti sponsę sacra Pronuba: non Iuno quę Gentiliū nupcijs præest: vnde p̄ nuba dicitur. Festus pronubas adhiberi dicit nuptis: quę se- mel nupserunt: causa auspicij: ut singulare perseueret matrimo- nium. It comes id est socia. Oui. Cetera per socias Clymenen Aetramq; loquamur: Quę mihi sunt comites consiliūq; duæ accedit iunc. vir. Auspice id est Paranymphe & Pronubę. Iu- ue. venit cū signatoribus Auspex. Long. agmen. agens. med.

Festus.
Leuiticus

Cicero.
Galius

Plinius

Papinius
Plinius

Solinus

Papinius
Parchæus
Ovidius

Festus.

Ovidius.

Iuuenalis

LIBER II. FOL. LII.

volitans Hymeneus in Aed. Deus nuptiarum: & carmen nuptiale
 le ἐπιτολάμιον. Iungite. cla. foelici. sidere. i. prospero. dex
 tras. Sanctaq; long. foue. foed. vite. Periphraſis matrimonij.
 Iaq; pio. cōiuncta. Seni. Ioseph. celebrataq; long. Festa die: di
 cte laudes: & red. ſūmo vota Parri Deo ob fauſtū matrimonij
 reddite laudes cū votis Letiq; om. in teſta reuerſi. Lēcior. Ioa
 kinum Patrē Parthenices glorioſiſſimæ lætū ex aduentu Gene
 ri fuiſſe deſcribit. Lēcior aduen. Natē Parthenices. Generoq;
 i. Ioseph ſede. Canicē cōpra: niti vela. amiſtu. i. Veſte nuptia
 li. Inter vtr. que Parens manibuſque vtrin. t. Complex. Gen.
 d. N. queſi. Multaq; connubio ſuper. Super præpoſicio. p. De.
 ponitur ut apud Virg. Multa ſuper Priamo rogāns. auctōr
 Diomedes Cōmemo. toti. grat. ſol. Olymp. omnibus coelico
 lis. Interdūq; iocans: & debilis imemor qui id eſt non habens
 ætatis rationem: minus enim ſenes ridiculi eſſe deberēt. Iucū
 dos mouet ore ſales id eſt ridicula Sales plurius ipſa ridicu
 la dicuntur: de quibus Cicero in libro de Oratore. Iucundus a
 iuuando id eſt delectando dicit: & neutiquā a ioco: auctōr Gel
 lius. riſuq; modoſto Soluitur. Epitheto leuat: qd perſonę mi
 nus videbatur congruere. & vires animo præbente miniſtris:
 id eſt ſeruis. Inſtar: & appoſitis ſterni cenacula menſis. i. men
 ſas in cœnaculo diſponere. Ornariq; iub. thalamos: & limina
 multa Fronde coro. ſpargiq; per om. flo. Atria purpureos id
 eſt rubicūdos. Papinius Qua præcioſa Tyros rubeat qua pur
 pura ſucco. Hederis. veſtire columnas. Hedere duo genera Pl
 inius facit marem & ſceminam: & horum generum ſpecies tres
 Eſt enim candida & nigra hedera terciāq; quæ vocatur Helix.
 mirum dicit Plin. illam in honore ullo habitam: cum inimica
 ſit arbor ſatis omnibus. ſepulchraq; ac muros rumpens: tum
 ſerpencium frigori gratiſſima. Virgineaq; fores lauro. Daph
 ne filia Penei fluuij ſuit. Papinius in Thebade ſcribit eam filiā
 Ladonis. Parthenius Amicleſi filiam ſcribit: quæ ne ab Appol
 line per vim ſtupraretur: Iupiter eam in laurum arborem trāſ
 formauit: ut eſt apud Ouidium. Inde Poeta noſter: Laurum ap
 pellat virgineam quoniam in eam virgo transformata eſt Da
 phne.
 Folijſq; Minerę id eſt olea: eſt enī in tutela Minerę. i. Pal
 ladis olea. Cōſtat at oliua Plin. reſte nucleo: oleo: carne: & amur
 ca. Cedrinus vela. tra. Cedrus i Creta Africa Syria laudatiſſi
 ma: Cedri oleo puncta materies nec tineā nec cariē ſentit Plini.
 libro. xvi. ſpargiq; recen. Sub. ped. Violas. Greç Ion viola

Super:

Sales:
Iucundus

Hedera

Cedrus

Virgilius
DiomedesCicero,
GelliusPapinius
PliniusPapinius,
Parthenius
Ouidius.

Plinius

PARTHENICES

PRIMAE

Viola.
Lilium

dicitur auctor Pli. vnde vestes ianthe dicuntur id est violacee Plinius non iacinthe. Earum plura genera: purpuree Lutee: albe platis omnes ut olus saty. & hiancia lilia summo Vertice. Nam lilia folia ut Pli. auctor est ab angustis in latitudinem paulatim se laxant effigie calathi resupinis per ambitum labris. Vnde apud hiancia dicit Poeta.

Serpilliq; comas semper virentis in orbem
Texebant Nymphæ: filocq; in sarta ligabant
Gramen odoriferum: Casias excisacq; cultris
Balsama marmoreis: Nardi fragrantis aristas.

Serpillus

Serpilliq; comas. Serpillus & serpillum dicimus. Virg. Georg. quarto. Serpilla & grauer spirantis copia tymbre: & est genus herbe: quo in coronamentis utuntur. Pli. libro. xxi. folio coronant. Iouis flos: Amaracus: Hermerocalles: Ambrotonum: Helenium: Silymbriū: Serpillū: & græce ἐρπιδιον dicitur latini aspiracionem in s. litteram verterunt. semper virentis in orbem Vnde a serpendo deriuatum volunt: græce enim ἐρπω serpo latine dicitur. Tex. Nympe id est virgines. filocq; in sarta lig. Sarta a serie dicuntur. Est autem series continua

Virgil
Plinius

Serta
Series.

ra quedam rerum progressio. Virg. ducteq; ab origine gentis Forcia facta Patrum: series longissima rege Gramen odorifera.

Virgil

Casia

Serpillum scilicet Casias. Casia frutex est iuxtaq; Cinnami cã pos nascitur: sed in montibus crassiore farmeto: tenui cute: virens quã cortice: quẽ conteri atq; in cinnamomo lauari: & exinaniri precium est. Amplitudo fruticis trium cubitorū. Colos triplex: cũ primū emicat candidus pedali mensura. Deinde rubescit addito semipede. Ultra nigricans. Hæc pars maxime laudatur: ac deinde proxima: Damnatur vero candida Pli. lib. duodecimo. Strabo Casiam ex Aromatifera Arabie: tum ex India magnã partem afferri dicit. Excisacque cultris Balsama marmoreis. Omnibus odoribus præfertur Balsamū vni terrarum Iudee concessum. Quondã in duobus tm hortis utroq; regio: altero xx. non amplius iugerū: altero paucior: Seufere in eandẽ Iudei sicut in vitam quoq; suã. Contra defendere Romani: dimicatū pro frutice est. Inciditur Vitro: lapide: ossis ve cultellis. Vnde apte Poeta n̄ dicit: cultris marmoreis. Ferro ledi Vitalia odit: emoritur prinus. Succus e plaga manat: quem Opobalsamū vocant eximie suauitatis: crassiori similis oleo: & in musto candida: rubescit deinde simulq; durefcit. Alexandro magno res ibi gerente tota die estiuo vnam conchã

Plinius
Strabo

Balsamū

Opobalsamum

quem Opobalsamū vocant eximie suauitatis: crassiori similis oleo: & in musto candida: rubescit deinde simulq; durefcit. Alexandro magno res ibi gerente tota die estiuo vnam conchã

Impleri iustum erat. Omni vero fecunditate e maiore orto cogios lenos: minore singulos: & cum duplo rependebatur argēto. Sarmenta quoque in precio sunt. Xylobalsamū vocatur & coquitur in vngentis Corticis etiam ad medicamenta: precium est. Præcipua autem gratia lachrymæ: secunda semini: tertia cortici: minima ligno.

Xylobalsamum

Nardus

Nardi fragrantis aristas. Cacumina Nardi in aristas se spargunt: ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrant. ideo dicitur aristas Nardi fragrantis. Nardus autem frutex est: graui & crassa radice: sed breui ac nigra fragiliq;: quãuis pingui. Situm redolente ut Cupressi: aspero sapore: folio paruo densocq;. Plin. lib. xij. Adulteratur ex pseudo Nardo herba quæ ubiq; nascitur crassiore atq; laciore folio & colore languido in candidum vergente. Nascitur auctore Strabone & in Arabia. In nostro orbe laudatur Syriacum: mox Gallicum. Tercio loco Creticum Plin. Cinnamace & crines suaue spirantis Amomi: Teque Amarante locant: te moll' Amarace: & horti Quicquid alunt Cilices: quicquid Pachaia quicquid Idalijs saltus redolet domus, omnia plausu Læticiæq; sonant: hilaris labor omnia miscet.

Cinnamace. Cinnamomum idemq; Cinnamum nascitur in Aethiopia Troglodytis connubio permixta. Ipse frutex duorum cubitorum altitudine amplissimus: palmicq; minimus: quatuor digitorum crassitudinis. Gignitur quidem in planis: sed de sissimis in vepribus: rubicq; difficili collectu. Plin. auctor Coronas ex cinnamomo in terra sili auro inclusas primus omnium in templis Capitolij atq; Pacis dicauit Imp. Vespasianus Augustus. Plin. lib. xij. & crines sua spi. Amomi. Amomum una est Indica vite labrusca: ut alij existimauere frutice venoso palmi altitudine: carpiturq; cum radice manipulatum leniter componitur: protinus fragile. Laudatur quam maxime Punici mali folijs simile: colore rufo. Secunda bonitas pallido. Herbaceum peius: pessimumq; candidum quod & vetustate euenit Plin. auctor. Nascitur & in Armeniæ parte quæ vocatur Ocene: & in media Ægypto: crinibus expetitur. Papinius in siluis: nec pingui crine deducere Amomo Cessauit mea natæ manus. vnde & Poeta nonster dicit & crines su. sp. Amomum

Cinnamum
Cinnamomum

Amomum

Teque Amarante locant. Plin. post colores ex floribus mutatos in vestibus dicit Amaranto non dubie vincimur. Est autem

Amarantus.

PARTHENICES PRIMAE

Spica purpurea verius quā flos aliquis & ipse sine odore. Miris
 q̄ in eo: gaudere decerpi & lecius renasci: puenit Augusto mē
 se durat in Autumnū Alexandrino palma: qui decerptus asser
 uatur. Mirisq; postq; defecere cūcti flores madefactus aqua re
 uiuiscit: & Hybernas coronas facit. summa eius natura in no
 mine est appellatio: quontā non marcessit. Plī. li. vicesimo pri
 mo ἀμάρυτος imarcessibilis signat: unde sine aspirato .t.
 scribi debet Amarantus. Plinius

amaracus Te mollis Amarace. Amaracū Diocles medicus & Sícula gēs Diocles
 appellauere: & Syria quod Aegyptus Sanlucū. & ut est in fabū
 lis Regius fuit puer: qui cū vngenta deferret & caderet in florē
 hūc trās formatur. & horti quic. a. Cilices. Multa odoramē
 torū in Cilicia nascuntur ut ex Plī. discimus. quicq̄ Panchaia Plinius
 Sabeæ regiūcula est quā pro Arabia ponit. quicq̄ Idaliū sal
 tus. Idaliū nemus Cypri dicatum Veneri: fuit & ciuitas in Cy
 pro eiusdē nominis. auctōr Plī. redolet domus. omnia plausu. Idem
 Leti. que so. hila. la. om. mis.

Dumq; ita feruet opus Sponsi Deus ora sopore
 Pressit: & irati sub imagine nuncius oris
 Visus adesse tibi / vultu qui sancta seuro
 Hæc mandata dedit. teneros tibi iugimus annos
 Nō seram ut frustra in venerē tua læguida & tus
 Ardeat: amplexus gremiūq; in Virginis huius
 Ire caue: iussumq; Dei ne sperne monentis.
 Paruit & memori seruauit somnia mente:
 Atq; cupidineos sensit non amplius ignes.
 Iamq; dapes & vina ferunt paterasq; coronant.
 Discumbūt hilares circum longo ordine mēsas:
 Et fecunda animis celebrant conuiuia lætis.
 Postquam pressa fames & pectora mitis lacchus

Dumq; ita feruet opus: Sponsi. Designat in somnis spon
 sum Ioseph monitū ne in complexū Virginis eat: sed custodē
 pudicitie eius se pbeat. spōsi. D. ora. sapore. i. somno. & Visus
 adesse nūcius. sub ima. ira. or. q̄ seuro. i. tristi uultū. Hec māda
 ta scā dedit. Nō ut tua læg virtus Ardeat. i. incēdatur. frustra i
 serā. i. intēpestiūā & turpē Venerē. i. libidine. iugimus. i. locia

mus tibi teneros. i. iuueniles annos Virginis. caue ire in aple-
xus & gremiū huius Virginis & ne. sp. iustum i. mādarū. Ius-
sus & iustum masculino & neutro genere declinatur singularitē
Pluratiue solū neutro usurpatur Vir. li. v. Impio leti parent ac
iussa faceffunt. Paruit: & mem. ser. somnia mēte Atq; cupidi
neos. i. libidinosos. nō sensit amp. ig. ardore: Iāq; dapes & vi-
ua fer. apparāt cōuiuū: pate. q; coronāt. Vir. & vina coronāt.
Discūbunt hilares. iucūdi. & declinatur secūda & terciā declina-
cionibus Hilarus & Hilaris teste Capro. Gellius li. xv. Ceciliū
inducit dicentē. Nā hi sunt inimici pessimi. frōte hilaro: corde
tristi. Discumbūt circū hilares mētas lōgo ordine. Et secūda
animis. c. cō. letis. Cōuiuia a conuiuēdo dicta sūt auctor Cice-
ro in Catone. Postq; pressa sam. & pecto. mitis. Iacchus Bac-
chi nomen α πο το ο ι σ κ χ ο υ η hoc est a clamādo: qm̄ Bacchi
des clamore in eius sacris utebantur.

Iustus.

Iustum

Iussa

Hilarus

Hilaris

Cōuiuia

Leniuit curas abigens: frontisq; seueræ
Triste supercilium cithara præludere eburna
Coepit & argutas aptare in carmina voces
Lydius: hic tactis æquabat Ariona neruis
Orpheaq; & clarū Dirceo Amphiona plectro.

Virgilius Ludere. i. canere Vir. Ludere q̄ vellē calamo pmisit agresti. Ly-
dius ppriū cytharēdi nomē. Cēpit p̄ lu. eburna cithara & argu-
tas sonoras voces aptare disponere i carmia Hic tac. equa Ari-
ner. Orpheaq; & da. Amphī. Dirceo. i. Thebano plectro. Ple-
strū q̄ corde intēdūtur & remittūtur. Dicit Lydiū equalē cātu
Citharæ Arioni Orpheo & Amphīōi. Arion cytharedus ex
Metimna Lesbī insulē cū i Sicilia et Italia sua arte diuicias acq-
siuisset: nauigaretq; Corinthū: nauē insidias ei appararūt ad i-
tercipiēdos eius q̄stus: peccit ut prius eū Cythara canere pmitt-
terēt: q̄ cātu Delphines cōgregati nauē accefferunt: ipse in unū
se deiciēs ad Tenax Laconię a Delphine deductus incolumis
eualit. Periāder Corinthi tyrānus pducto corā nautis Arione:
quō ipsi i Italia manētē dixerāt eos supplicio affecit. Historia
est apud Hero. Plī. Au. Gel. & Solinū. De orpheo dictū est sup̄
Is iter Argonauras cythara cecinit de Chao & exordio mundi
ut est apud Apolloniū & Valerium Flaccum.

Lydius

Plectrum

Arion:

Herodo Plinius Gellius Solinus Apoloni. Flaccus Horacius
Amphion saxa ad muros Thebanos in Boeciā traxisse
suo cantu dicitur. Horacius in poetria Dicitus & Amphion

PARTHENICES PRIMAE

Thebanę conditor urbis: Saxa mouere sono testudinis & prece blanda. nam ut est apud Pli. libro. vii. primus rationem musicam inuenit. de his tribus Papinius in Siluis. Iam Methymnei Vatis manus: & chel' una Thebais: & Getici cedat tibi gloria plectri: Et tu saxa moues: & te nemora alta sequuntur.

Plinius
Papinius

Carmen erat summe dorso fundata Sionis
Regia: qua quondam Solymi moderamina sceptri
Stirpis Iesseę Princeps exercuit armis
Inclytus & pacis studijs præclarus. Ab illo
Virginis atq; Viri genus antiquamq; trahebat
Progeniē: & mixtę numerabat stemmata gentis.
Addebat Noes fluctus: puppimq; natantem:
Innocuasq; rubi flammis & limina nunquam
A foribus seiuncta suis: plæbilq; patere
Nescia & unius gressum admittencia Regis:
Cælantemq; Deos ficto Labanida vultu.

Carmen erit. Poeta elegantissimus historias recenset quas eum cecinisse fingit. Primo quo pacto Regia in monte Sione fundata fuerit: qua inclytus Princeps stirpis Iesseę hoc est Dauid exercuit moderamina Solymi sceptri hoc est regni Hierosolymitani: inclytus armis & studijs præclarus. Vates eni fuit & Lyrico carmine insignis. Beda auctor est. Psalteriũ Lyrici composuere pedes. nam Instar Pindari & Flacci multa apud Hebreos scripta sunt ut Hieronymus testatur. Metrico tamen artus peritum Hebreũ nondum reperi: quamuis consonanciam ac syllabarũ proporcionem facile conijcere possim.

Beda

Hieronymus.

Stemma. Ab illo Virg. genus Marię & Ioseph a Dauid. Antiq. q; trahere. Prog. & mixte numerabat. stemmata gentis. Insignia. Maiorum imagines in atrijs disponebantur: & ex his quædã lineis designabant pictis: eorum scilicet qui coronam in bello meruissent. Vnde stemmata id est coronę pro maiorum imaginibus accipimus Pli. Auctor. Addebat. Lydius. fl. Noes. hoc est diluuium quod sub Noe fuit. Fuerunt duo alia. unum sub Deucalione: alterum D. cc. annis antiquius sub Ogige Thebanorũ Rege: de quibus apud Poetas crebra mencio est. Primum ex literis sacris discimus omnium vetustissimũ. puppimq; natantem id est Archem. Innocuasq; rubi flamas. Moysen designat cui

Plinius

**Diluuium
duo.**

Exodus
Szekel

in rubo ardenti Dominus apparuit ut est in Exodo scriptum:
& limina nuncq; A for. se. f. Portam dicit de qua in Ezekele scri-
ptum est capite. xliij. Et conuertit me ad viam porte sanctua-
rii exterioris quæ respiciebat ad orientē: & erat clausa: & dixit
Dominus ad me. Porta hæc clausa erit non aperietur: & vir nō
transiet per eam quoniam Dominus deus Israel ingressus est
per eam: eritq; clausa Principi. ideo dicit Poeta noster. Plebiq;
patere Nescia: & v. g. admit: Regis Celantem. abscondentemq;
Deos Idola Laban: da. Rachel filia Laban: ficto uultu. Historia
est in genesi. Iacob fugiens socerum Laban consedit in monte
Galaad: ibi eum Laban comprehendit. furata autē erat Rachel
Idola patris ignaro atq; inscio Iacob: cumq; Laban ea quære-
ret consensiente Iacob veniens ad tentoriū Rachelis: illa festi-
mans abscondit ea subter stramenta cameli & sedit desup: serui-
tantq; omne tentoriū & nihil inuenientiait. Ne irascatur Do-
minus meus: quod coram te assurgere nequeo: quia iuxta cō-
suetudinem sceminas: nunc accidit mihi. Sic delusa sollicitu-
do quærentis est.

Rachel:

Genesis

Velleraq; & siccos magni Gedeonis imbres.
Atq; uti fiscellam placida gestauerat unda
Nilus: & Infantis miseratam fata Puellam,
Et conuulsa nouas virgulta ferencia frondes.

Iudicum.

Velleraque & siccos. Cum filij Israhel opprimerētur a Ma-
dianitis: ut est in libro Iudicum. dixit Dominus Gedeoni ut
liberaret Israhel. Dixitq; Gedeon ad Dominum: Si saluum fa-
cis per manum meam populū Israhel sicut locutus es: ponā hoc
vellus lanę in area. Si ros in solo vellere fuerit & in omni terra
siccitas: sciam quod per manum meam sicut locutus es libera-
bis Israhel. factiq; est ita. Deinde pecijt ut solum Vellus siccū
esset: & omnis terra rore madens. fecitq; Dominus nocte illa
ut postulauerat. & fuit siccitas in solo vellere: ros in omni ter-
ra. Atq; uti: quomodo. Nilus gestauerat placida unda fiscellā
De Moyse dicit qui expositus fuit in Nilo reconditus in fiscel-
la: quem filia Pharonis æducandum suscepit sororiq; Moyses
os lactandum tradidit. hist. est in Exodi libro. Fiscella diminu-
tium est a fiscina. Est autem fiscina vāsis genus ex iunco. Ni-
lus Aegypti fl. cuius miracula Herodotus Diodorus Aristo-
teles: Lucanus Straboq; describūt. Et conuulsa nouas virg-
fer. fro Virgam Ahron intelligo quæ fronduit amygdalac; p-
duxit: cum de sacerdocio filij Israhel yndecim Tribuum cum

Gedcon.

Exodus

Fiscella
Fiscina
Nilus.

PARTHENICES PRIMAE

Tribu Leui contenderent: ut est in libro Numeri capite decimo Numeri
moseptimo.

Adiungebat uti peregrinas æquore cędros
Compositis ratibus cōdenda ad tēpla vehebant
Sidonij: ut multo paries effulserit auro.
Miratumq; gradus Hominē: qui clara petebāt
Sidera: & ingentem diuini fœderis archam.

Hiram.

Adiungebat uti. pereg. æquore cędros. Hiram Rex Tyri: li
gna cędrina & abiegna prebuit Salomoni ad edificium domui
Domini: seruisq; suis ea detulit usq; ad Ioppen ratibus p mare
Salomonea transtulit in Hierusalem ut est in Paralipomeno
scriptū Sidonij id est Tyri. Poetę a vicinitate epitheta pmu
rare gaudent. Virg. Didonem Sidoniā dixit cum a Tyro esset
Paarlipo/
menon
Virgil

Iacob

Miratūq; gradus hominē. Iacob dicit: qui scalā vidit a terra
usq; ad cœlum pertingentē angelosq; ascendētes & descendē
tes. Et ingentē. d. fœderis archam. Designat archā quā Moy
ses ad exemplar a Domino descriptū perfecit: in qua Māna. vir
ga Aaron & liber Legis recondita erant.

Et quam fatidico populis Balahamus Eois
Carmine prædixit flammam sidusq; futurum.
Sed iam præcipiti Phœbus sub tartara curru
Ibat: & occiduis Aries sua merserat undis
Vellera & ardentī surgebat Scorpius ore.

Balahāus

Et quā fatidico populis Balahamus. De Vaticinio Balaha
mi dicit qui cōductus a Balach Rege Moab ut malediceret po
pulo Israel. Is autem prædixit. Orietur stella ex Iacob & con
surget virga ex Israhel: & puciet Duces Moab: & vastabit om
nes filios Seth. ut est i libro Numeri. Sed iam pœcipiti Phœ
bus sub tar. curru Ibat. Solis currus quatuor equis duci fini
gitur. & occiduis aries sua mer: undis Vellera id est aries ad oc
calum sub terras tendebat. & ard. surg. Scorpius ore Ariete in
occasum lapso: incipit Scorpius succedere Librę in horoscopū
ut est apud Hyginum.

Hygin

Iamq; soporiferæ tēpus dare membra quieti.
Suaserat. at Virgo secreti sola cubilis
Clausu loco / curis aperit coelestibus alnum
Pectus; & in summū sensum leuat æthera mentē

Vnam ad se comitum vocat in penetralia tecti
 Præstantem egregio vultus animicq; decore,
 Mnemosine genitrix illi Pater Vfus ab ipsa
 Cœlesti genus arce trahit : nam conditor orbis
 Est auus : hanc Grai Sophiam dixere priores,
 Nare sagax: oculis penetrans caua tartara: & altū
 Aethera : nullius linguæ non ullius artis
 Inscia : labe carens : vicij infesta : pudore
 Circumfusa genas : & laspide pectus & auro
 Splendida contexto : causas & nomina rerum
 Per media ex imis gradiens ad sumā / Deumq;
 Et mundi metitur iter . hac indice Virgo
 Insomnis ducens taciturnæ tempora noctis /
 Contemplatur uti rerum longæua propago
 Texta sit : unde prior mundi descendit origo.
 Et chaos & siluam informē : discretacq; formis
 Corpora paulatim varias induta figuras
 Vi propria pecijs suis loca viribus apta .
 Vtq; grauem liquido suspenderit aere terram
 Omnipotens opifex duplici cum prolis honore:

Sophia me
 dia breui.

Virgil.

Iaq; soporiferæ. tēp. d. m. q. Suaserat. Vir. Suadēq; cadēcia
 sidera somnos. at Virgo. Parthenice sec. so cub. Clauis lo. Vir
 ginē btissimā Philosophiæ curā impēdisse designat. c. ap. c. al-
 mū Pectus: & in summū altū: leuat aethera cœlū. mentē. i. aīm.
 Vnā ad se co. vo. i pe. te. Mnemosine genitrix. Sophiā dicit fi-
 liā Mnemosines. i. Memorię & Vsum patrē Sophie: nā usu &
 mēoria Sapiēcia & Philosophiā cōstat. ab ipsa Ce. ge. arce tra-
 hit. nā cond. orb. Est auus. Oīs sapiā a Dño Deo est Salomone
 auctore. hāc Grai. Grēci Sophiā. media breui. nā iota scribitur

Sophia
 Vfus

Salomon

Festus.

q̄ apud Gręcos sp̄ breuis enūciatur. Nare sagax. Foestus ait. Sa-
 gaces appellātur solertis acuminis: ut etiā canes indagatores
 sagaces sunt appellati. Saga quoq; dīr mulier perita sacros: &
 vir sapiens pducta prima syllaba: propter ambiguitatem vitā
 dam. nam in sagax primā corripitur. Papinius in Syluis

Sagaces,
 Saga

PARTHENICES PRIMAE

Sagum

jugulis te animi atq; sagacis Exitus euoluit. Hor. Somnia terrores magicos: miracula sagas. Sagum: vestimentum militare

Virg. Virgatis lucet sagulis. Oculis penetr. caua tar. Philo- Virgil.

sophia infernis superisq; intrēdit. nullius lingue: n. ul. ar. In- scia Philosophiē hoc est perfectę sapiencię officia describit. labe

ca. sine vicijs: non solum sine vicijs sed & vicijs infesta pudore Circumfusa genas. Secundū dogma Platonis qui ex bonis ex Plato

imijs & primis: hoc est ex Deo & mente tanq; ex fonte: animi profluere bona dicit Prudenciā: Iusticiam: Pudiciam: & For-

titudinem: hisq; omnibus præstare Prudenciā: secundā nume- ro aptate Continenciā esse: has iusticiā sequi: Fortitudinem

Iaspis

quartā esse. & Iaspide pectus & auro. Spl. contexto. Iaspide plurimę ferunt gentes Smaragdo similē Indice, Ciprii dicunt glaucum pinguēq; Perse ari similem. Et Iaspis est cerulea apud Thermodoontem amnem. In Phrigia purpurea. In Cappodo-

cia ex purpura cerulea atq; non refulgens. Thracia Indice simi- lem mittit. Chalcidia turbidam Pl. lib. xxxvij. Plinius

Causas & no. re. Per. med. ex imis gr. Dialecticen: Ethicen & Physicen dicit. Et mūdi meti. iter: Geometricen Arithmeticen & Astroq; scienciā designat. hac indice Virgo. Ducens tēpo-

ra taciturnę noctis insomnis. sine somno. Contēplatur utiq; & longe. propago: principium mundi & originem inuestigando

Chaos

Et chaos Chaos appellat Hesiodus consulam quandam ab in- Hesioidus Festus.

icio vnitatem hiantem patentemq; in profundum: auctore Fe- sto. & siluam informem & ἵλη hoc est hyle. siluam & mate-

Hyle

riam designat. Vnde apte Siluam informem id est Hylen: quā nostri materiam dicunt. Plato omnino duo rerum ponit prin-

cipia: Deum atq; Materiam. Esse autem Materiam informem & infinitam: ex ea concreciones fieri: eam cum aliquando reme-

re & inordinate moueretur a Deo in locum vnum coactam. Porro huiusmodi essenciam in quatuor Elementa conuersam.

Ignem: Aquam: Aerem: Terram. Ex his mundum & ea quæ in ipso sunt nasci. Auctor Laercius: Et alia inícia inueniri forsi-

tan posse: aut quæ Deo nota sunt: vel ei qui sit Dijs amicus. Apuleius auctor: Materiamq; signari impressione formarum.

Discretaq; for. Corpora pa. va. ind. fig. Vi propria. Vtq; gra- uem liquido susp. Terra in liquido aere suspensa est: nam vndi-

q; aere cingitur. Omnipotens opifex & deus duplici cum pro- honore id est Pater cum Spiritu: qui est honor prolis id est Fi-

lij: & Patris. Oceanumq; suis complexum fluctibus orbem

Horacius

Virgil.

Plato

Plinius

Hesiodus Festus.

Plato

Laercius Apuleius

Fuderit: ætherijs incluserit ignibus auras.
 Vtq; feris terras: mare piscibus: aera cessit
 Alitibus varijs ornans animantibus orbem.

Homerus Oceanumque suis comple. flucti. orb. Fuderit. Oceanum pro
 aqua ponit Vnde & Homerus ex Oceano omnia procreata di
 cit. dicitur autē Oceanus, a velocitate. Aethe. indu. ig. auras

Plinius de Elementis quatuor: Ignitum summo: inde tot. stel
 larum collucencium illos oculos. Proximum spiritus: quem
 Graeci nostriq; eodem vocabulo aera appellat. Viralem hunc
 & per cuncta rerum meabilem totoq; consortum Cuius vi su
 spensam cum quarto aquarum Elemento: librari medio spacij
 tellurem: ita mutuo complexu diuersitatis effici nexum: & let
 uia ponderibus inhiberi quo minus euolent. Contraq; gra
 uia ne ruant suspendi: leuibus in sublime tendentibus. Sic par
 ri in diuersa nisu: vi sua queque consistere: irrequieto mundi
 ipsius constricta circuitu: quo semper in se currente imam atq;
 mediam in toto terram: eademq; vniuerso cardine stare pendē
 tem: librantem per quæ pendeat: ita solam immobilē: circa eā
 volubili vniuersitate: eademq; ex omnibus neā: eidēq; om
 nia inniti Hanc Plinianam mentem hic *ca. in libris Poeta nos*
 ter elegantissimus insinuat.

Vt vaga perlustrat Phoebe duodena quotannis
 Sidera fraternū fugiens iter: & modo tractus
 Erret ad Austrinos Helicē modo visat ad Arcū
 Vt procul a Phœbi Venus & Cyllenius igne
 Ne volitent verso referant vestigia gressu,
 Phœbus ut obliquo nunq; discedat ab orbe:

Georg. Purbachius
 Plinius
 Luna perlustrat duodena quotannis Sidera. fraternum fugiens
 iter. Solis videlicet. Sol semp mouetur sub linea quæ ab Astro
 nimis Aeliptica dicitur. Superficies autem eccentrici Lunę p
 pter declinationem polorum orbium: argem deferrenciū su
 perficiem ecliptice sup diametro mundi interfecat. Vnde una
 eius pars versus Aquilonem: Altera versus Austrum ab eclip
 tica declinabit. Illa igitur intersectio circa mferente eccentrici
 Lunę cum superficie ecliptice: in qua cum centrum epicidii Lu
 nę fuerit: versus Aquilonem ire incipit: caput Draconis nun
 cupatur: Cauda vero reliqua. Auctor Georg. Purbachius. Pli

PARTHENICES PRIMAE

Luna de Luna iam vero humilis & excelsa: & ne id quidem uno modo: sed alias admota caelo: alias contigua montibus: nunc in Aquilonem elata: nunc in Austros deiecta. Quae singula in ea
Endymiō deprehendit hominū primus Endymion: & ob id amore eius captus fama traditur. Vnde Poeta. frat. f. iter. & modo tractus. Erret ad Austrinos id est Australem versus plagam Helicem modo visat ad Arcton id est ad septentrionē. Vt pcul a Phœbi: Venus & Cyllenius id est Mercurius a monte Arcadię Cylleno in quo ex Maia & Ioue natus est: Plures fuere Mercurij de quibus alibi dicam. Dicit Poeta Venus & Mercurius ne volitent longe a Phœbo hoc est Sole referunt vestigia verso gressu id est motu retrogrado. Nam ita se habet Venus ad Solem: ut linea mediū motus Veneris in eo loco Zodiaci secundū longitudinem: in quo linea mediū motus Solis terminetur. Unde habito mediū motu Solis habetur & mediū Veneris. semper igitur est mediā eorum coniunctio. Id autem fit propter motum deferentis in longitudinem super axe eius imaginario: cuius poli accedunt & recedunt a poli Zodiaci in vtramque partem: propter motum alium circuli eccentrici in latitudinem. Habet autem se Mercurius in hoc ad solem ut Venus: Nam centrum epicycli Mercurij in eo tempore semel reuoluitur in quo linea mediū motus Solis vnam complet reuolutionem. Purbachius Auctor. Maioris egent hæc speculatione quæ exposcit Poetę interpretacio. Phœbus ut obliquo. n. d. ab orbe. Orbem pro ecliptica intelligo: non pro Zodiaco: nã & reliqui Planetę nunquam a Zodiaco discedunt. Zodiacus circulus est quartus in Spera: in quo duodecim signa locantur a Vere incipiendo. Aries. Taurus Gemini: in his tribus tempus Vernalis demonstratur. Cancer Leo Virgo. In his signis maxime Aestas conficitur. A Virgine Sol transit ad equinoctium Autumnale. Chele id est Libra. Scorpius Sagittarius in his tribus Autumnus & equinoctium Autumnale. Capricornus Aquarius Pisces Hyemem conficiunt. Habet Zodiacus latitudinem duodecim graduum quæ per eclipticam lineam diuiditur: in quæ Sol semper meat. Hygi.

Zodiacus

Purbach:

Hygi

Atque viam retro gradiens obseruet eandem:
 Claraque nocturnis splendoribus imbuat astra.
 Et rubicunda feri quæ lex incendia Martis
 Voluat: & egregium iubar & Iouis ora benigni.

Atq; Senem pigrum curuata falce minantem.

Atq; viam retro gradiens id est cum a nobis recedit ad signa Hyemalia. Claraq; nocturnis splen. imbuat astra. omnia astra a Sole lumē participant. Et rubicunda feri id est crudelis Contemplatur quæ lex voluat incendia rubicunda feri Martis Stella martis Pyrois appellatur a Πυρόμασι id est ignefco.

Mars Pyrois

Hygin.

Hæc autem non magnò est corpore: sed figura solis & flammæ. Hyginus: Mars calidus & siccus malivolus: in motu suo proprio medio gr̄is: nec multum velox nec multum tardus. & est Planeta rixancium: furiosorum: caluorum & crispum & superborum. & egregium iubar: & ora id est aspectus Iouis benigni. Iouis stella nomine Phaethon. corpore est magnus: ideo dicit egregium iubar. Tū Planeta est calidus & humidus: sanguineus. beniuolus. & est planeta illorum qui sunt benigni: religiosi reuerendiq;. Atq; senem pigrum. c. f. minantē. Saturnus designat frigidum & siccum: & vitæ cōtrarium: nature inimicum: cum falce pingitur ex fabula: quoniã patri Cœlo pendenda abscidit. tardus est in motu: triginta enim annis Zodiacum permeat. auctore Ptolomeo ceterisq;.

Iupiter

Sarurnus

Ptolomeus

Vt super octauæ radiancia sidera cœli

Certa lege meant & scintillare videntur.

Alcius extollens mentem / curuamina noni

Orbis: & æterno splendentem lumine mundū.

Et tenues miratur aquas glacialis Olympi:

Vltimaq; immensæ formata volumina molis.

Vt super. Vt id est qualiter meant Planetæ super radiancia sidera octauæ cœli. Certa lege meant: & scintillare videntur. Mouentur enim Planetæ subter duodecim signa: quorum sidera sunt in octaua sphaera. Aptè autem dicit Planetas videri scintillare: nam reuera non scintillant: quia prope sunt. Auctori Aristoteles. Alcius extollens mentem curuamina noni Orbis id est Sphaerae primi mobilis. & æterno splendentem lumine mundū. Et tenues miratur aquas glacialis Olympi. cœli Christallini

Aristotif.

PARTHENICES PRIMAE

Ultimaq; imense for. volu. molis. nonus enim orbis a Philo/ sophis ultimus ponitur. Vel intelligo ultimū orbē cœlū. Eim pyrreū hoc est igneū. a splēdore nō a calore. Chrystallinū autē aqueū est nature ut glacies solidata. uti scribunt Doctores san/ cū in secundo Sentenciāz.

Lanigeri sublimē decus : Taurumq; nitentem : Et geminos Helenæ fratres : auersaq; Cancri Sidera quæ Aethiopes urunt Indosq; Arabesq;.

Aries
Taurus
Gemini

Lanigeri sublimē decus. Arietē designat: q Phryxū & Hellē duxit p Hellepontū: Thaurūq; nitentē. hic dicitur iter astra cōstitutus quod Europā incolumem trāsirexit Cretā ut Euripides dicit teste Hyginio. Et geminos Helenę fr. Castorē & Polucē: quos dicit oim fratū inter se amantissimos fuisse: quod neq; de principatu cōtenderunt neq; ullā rem sine cōmuni cō/ filio gesserunt. Pro quibus officijs eorū: Iupiter inter notissi/ ma sidera eos cōstituisse existimatur Hyginius. Helenę fratres qm Tyndari est Ledę filij fuerunt. Leda autē Thestij Pleuronij fuit filia. Strabone auctore. Auersaq; Cancri Sydera. Ad ani/ malis motū respexit quoniā auersus incedit. Hic dicitur Iuno/ nis beneficio inter astra collocatus: quod cum Hercules cōtra Hydram Lerneā constitisset: ex palude pedem eius mordicus arripisset: qua de re Hercule per motū eum interfecisse: Iuno/ nem autē inter sydera cōstituisse: ut esset cū duodecim signis. quæ Aethiopes urūt Indosq; Arabesq;. Populis Indię: Ara/ bis & Aethiopiibus supra capita seu vertices Cancer Solem de/ ferre constat auctore Ptolomeo: aliquibus semel alijs bis in an/ no: ideo uri eos dicit Sole in Cancro.

Hygin.

Idem

Strabo

Cancer

Ptholome/ us

Atq; Molorchium stellata fronte Leonem : Et iubar Erigones : æquataq; brachia Libræ : Virosamq; Nepam videt : Aemoniasq; sagittas

Molorch/ us

Atq; Molorchium stellata fron. Leon. Molorchus pastor fuit in silua Nemea: qui Hercule hospicio suscepit euntē ad Leonem interimendum. Inde appellat Leonem Molorchium stellata fr. habet enim tres in capite stellas Hyginio Teste. Papi/ nius. Dat Nemea comites: & quas in prælia vires: Sacra Cleo/ nei cogunt vincta Molorchi. Leo quoniam oim ferarū prin/ ceps est: in celo figuratur: vel ut fabulę volunt quod Leo Her/ culis fuerit prima certatio.

Papinius

Leo

LIBER II. FO. LIX.

Et iubar Erigones id est Virginis. Erigonem filiam Icarī: Virgō
 translata in cœlum dicunt: cum diucius Patrem quęsiuisset: Icarus
 ab Atticis interemptum: cumq; per canis ductum ad patris ca-
 daver peruenisset: laqueo se suspendit. Iupiter & patris casum
 & filię miseratus utrunq; in astris collocauit. Icarū iuxta plau-
 strum: Virginem prope Leonem. Hesiodus Virginem Iouis
 & Themidis filiam dicit. Aratus Astrei & Aurorę filiam existi-
 mat. Alij hanc Fortunā alij Cererem dixerunt. Alij Apollinis
 filiam dixerunt. Aequataq; brachia Librę. Chele Scorpionis
 pro libra ponuntur. Ideo dicit Brachia: nam Chele proprie sūt
 cancroꝝ scorpionūq; brachia. Virosaq; Nepam hoc est Scor-
 piū. Scorpūs pp̄ magnitudinē mēbroꝝ in duo signa diuidi-
 tur: eius enim brachia nostri Libram dixerunt. Torum autē
 signum hac de causa constitutum dicunt. Orion cum se in Ve-
 nando præstantissimū dixisset: etiam Dianę & Latōę: seq; om-
 nia quę ex terra oriuntur interficere valere. Vnde terra pmo-
 ta Scorpionem eduxit qui eū interfecit. Iuppiter utriusq; ani-
 mū admiratus: Scorpionem inter astra collocauit: ut species eius
 hominibus esset documento: ne quis eorum aliqua re sibi cō-
 fideret. Dianam autem propter studium Orionis percussit a Io-
 ue: ut idem beneficiū traderet Orionī. Itaq; Orion constitutus
 est in astris: ut cum Scorpion oriatur: Orion occidat.

Aemoniacq; sag. id est Thessalicas sagittas. Sagittarium de
 signat: quem Chironem volunt iustissimū Centaurorum Ho-
 mero teste Centauri autem Thessali sunt. Thessalia autem Ae-
 monia dicta fuit ab Aemone Deucalionis filio Strabōe teste.
 Cornuacq; Aegoceri gelidis humencia nymbis;
 Et liquidos Vrnas rores ventosq; cientem:

Cornuacq; Aegoceri id est Capricorni. Huius effigies simi-
 est Aegipani: quem Iupiter: quod cum eo erat nutritus: cū eo
 esse voluit ut caprā nutricem. auctor Hyginus. Aegyptij Sa-
 cerdotes: & nonnulli Poetę dicunt cum plures Dii in Aegy-
 tum conuenissent: repente venisse eodem Typhoa acerrimū
 Giganta: & maximum Deorum inimicum: quo timore pmo-
 tos in aliam figuram se conuertisse. Mercuriū factū esse Ibim.
 Apollinē Gruē. Pana autē dicūt in flumē se deiecisse & postero
 rem partem corporis effigiē Piscis alterā vero Hirci fecisse: & ita
 a Typhone profugisse: cuius cogitatū Iupitrē admiratū: effigi-
 em eius inter sidera fixisse. Hyginus auctor. gelidis humē.
 nymbis. Ad tēpus anni respexit. hiemale enī signū est: nā sua

Hesiodus
Aratus

Homerus
Strabo

Hyginus

Virgō
Icarus

Chele

Scorpūs

Orion

Sagittari-
us

Capricor-
nus

Typhon

Pan

PARTHENICES PRIMAE

natura frigidū est & siccū terreūq;. Et liquidos Vnā id est Aquariū. Hunc cōplures Ganymedē dixerunt ereptū a Patre propter pulchritudinē: factūq; pincernam Deorum. Alij Deucalionem dicunt sub quo Cataclysinū. Alij Cecropem Regem Atheniē: qui Dīs aquā in sacrificijs libauit: ante Vini usum. Hyginus auctor.

Atq; Dioneos lucenti tergores Pisces.

Hygin

Atq; Dioneos &c. Venus cū quodam tēpora cum Cupidiē filio in Syriam ad Eufratē fluuium venisset & eodē loco repente Typhōna apparuisset: Venerem cū Filio in flumen se proiecisse dicunt: & forma Piscium assumpta latuere: ac periculo liberati sunt. Ideo Syri in hysce locis habitantes Piscibus abstinent: ne p̄sēdia Deorum impugnare videantur. Hyginus.

Idem.

Hinc dextra leuaq; faces ardore coruscas

Suspicit: & cœli claros examinat ignes.

Hinc dextra leuaq; id est ad Ortum & Occasum: quæ enim ad ortū dextra: quæ ad occasum leua sunt. factard. coruscas id est stellas splendētes ac coruscantes. Suspicit. Dicit Poeta Parthenicē: & reliq; astra cōtēplādo lustrasse. & cœ. cl. examinat ignes.

Pleiades septem: quarum minor una latere

Dicitur: & pluuias Hyades pavidamq; capellā.

Pleiades

Merope
Sisyphus

Pleiades septem &c. Pleiades dicuntur stellę ante faciē Tauri: quod ex Pleione Oceani & Atlante sint natę. Hę numero septem dicuntur sed nemo amplius quā sex videre potest. Cuius causa proditur: quod sex Dīs nupsere: Merope autē Sisypho nupsit mortali: cui Glaucum genuit Bellerophontis Patrem: quare propter reliquas sorores inter sidera constituta: sed q̄a homini nupsit stella eius obscurata est. Alij Electram dicūt nō apparere: ideo quod Pleiades existimentur Choreā ducere stellas: sed postquā Troia fuit capta: dolore permota ab his se remouit. Hyginus auctor & dicuntur latine Vergilię: eorū ex ortu Ver incipit.

Vergilię

Idem

Hyades

Et pluuias Hyades. Virg. Arctur; pluuias Hyades. g. q. tri. Hyades stellę in fronte Tauri: has Pherecydes Liberi nutrices dicit: ante Nymphas Dodonidas appellatas. Hyades autē appellatę sunt ut ait Musęus quod ex Atlante & Hya Oceani filia sint quindecim filię p̄create: harū quinq; Hyam fratē in venacione a Leone interemptū lamētate: interierūt cōtinuis fletibus. Reliquę decē sororū mortē deliberātes: septē ex his se inter

Virgil.

Musęus

Hygin. fecere: quare quod plures idē sēserūt Pleiades dīctas. Hygini/
 us Auctor. Latini Hyades Suculas dīcūt: impericia noīs dece
 Plinius pti. ppter sues nomē ipositū arbitratēs ut est apud Plī. li. xvij.
 nā ab ēō quod est pluo deducitur nomē Hyadū: & est sidus
 tēpestuosū. Pavidā capellā. Respicit ad fabulā de Capra quae
 Iouem nutriuit. Fuit autē Aega Phoebi filia: cādore corpis prae
 stātissima pulcherrimaq;: cui ecīā pulchritudinī cōtrarius hor
 ribilis aspectus inerat: quo Tytanes pteritū pecierunt a terrar:
 ut eius corpus obscuraret: quā terra specu quodā celasse dicit
 in insula Cretae: quae post Iouis nutrix fuit. Sed cū Iupiter bel
 lum contra Tytanas appareret: mīsum est ei si vincere vellet: ut
 Aegē pelle tectus: & capite Gorgonis bellū administraret: quā
 Graeci Aegida appellauerūt: quo facto Iupiter Tytanas supera
 uit. tum reliqua ossa Aegos caprina pelle cōtecta aīa donauit:
 & stellis figuratā memoriē cōmendauit: & postea quibus vice
 rat tectus: Mineriē concessit. Hygi. Vnde Pōeta noster apte pa
 uida dicit ab effectu.

Aega

Aegis

Hygin. Post rapidū Leporē: Iugulas: & Procyon uftū:
 Morbosamq; Canem: & Coruū cratera tenētē.

Post rap. lep. Lepus hic dicitur Orionis canē fugere venan/
 tis. Nam venator fuisse fingitur. Dicunt autē Leporē a Mercurio
 constitutū: eiq; datum praeter cetera genera qua drupedū:
 ut alios pareret: alios hēret in vēre. Aucto. Hygini. Iugulas
 Stella Orion dicitur Iugula eo quod amplior sit ceteris: qua
 si nux iuglandis auctore Pompeio Plautus Neq; Iugula: neq;
 Vesperugo. neq; Vergiliē occidunt

Lepus.

Iugula
Orion.

Idem Et Procyon uft. hoc est Antecanis. Hic ante maiore Canem
 oriri videtur: & habet vnā stellā in capite: & aliam in pectore:
 & in lumbo vnā. oritur cū Leone vnde uftum dicit ad tempus
 Aestatis respiciens.

Procyon.

Morbosamq; Canē. Canis maior Europe custos fuisse dī: &
 ad Minoa puenisse: tū mīeri datus Prochri Cephalī uxori. alij
 Oriōis Canē dīcūt: alij Icarī. habet at Canis ī lingua stellā vnā
 q̄ ipsa Canis appellatur. In capite alterā quā Isis statuisse existi
 matur & Syriōna appellasse: ppter flāmē candorē: quod eius/
 modi sit: quod magi. lucere videatur. Hyg. Vir. li. iij. tū steri
 les exurere Sirius agros. Lucanus rapidus q̄ Sirius ignes Ex
 erit. Est at Sirius morbosum sidus Syllius. Primū lethiferos
 repressit Syrius ætus. eius enī exortu accēdi Solis vapores
 q̄ ignorat: cuius sideris effectus aplissimi ī terra senciunt. Fer/
 q̄

Canis.

Sirius.

Hygin
 Virgil
 Lucanus:
 Syllius

PARTHENICES

PRIMAE

trent maria ex Oriente eo fluctuant in coelis Vina: Mouentur stagna. Origem appellat Aegyptus feram: quam in exortu eius contritari & contueri tradunt: ac velut adorare cum sternuerit. Canes quidem toto eo spacio maxime in rabiem agi non est dubium Plin. libro secundo.

Hydra

Coruus
Crater.

Et Coruum erat tenentem Hydra Sidus est in qua Coruus in sidere: & crater positus existimatur: de qua hanc habemus memorie proditam causam. Coruus Apollinis tutela usus: eo sacrificante missus ad fontem: aquam puram petiit: vidit arbores complures Ficorum immaturas: eas expectans dum maturerent: in arbore earum quadam confedit. post aliquot dies coctis Ficibus: & a Coruo pluribus comestis: expectans Apollo Coruum vidit cum cratere pleno volare festinantem: Pro quo admissus eius quod diuicius Apollinem moratus sit: qui eius mora coactus alia usus aqua: hac ignominia Coruum affecit: ut quamdiu Ficus coquantur: bibere non possit: ideo quod guttur habeat pertusum illis diebus. id cum vellet significare Apollo inter sidera constituit crateram & supposuit Hydram quae Coruum sicientem moraretur. Videtur enim rostro caudam eius extremam verberare: tanquam non sinat se ad crateram transire. Poeta nominat Coruum cratera tenere dicit respiciens ad primam fabule partem quae est ex Hygino.

Plinius

Inde coronata rutilans Minoidis astrum
Et non longa situm post interualla Sagittae
Sidus: & aetherijs errantem tractibus hedum
Orpheamque Lyram & flammis lucetibus Aram.

Ariadne

Sagitta

Hedochus

Hedi

Lyra

Ara:

Inde coronata ut Min. est &c. Coronam dicit Ariadnes Minois filie: quam ei Venus in Dia insula cum Libero nuberet dono dedisse traditur. Et non longa. si. p. int. sag. Sidus Sagittae sidus. unam ex Herculis sagittis fuisse dicunt: qua Aquilam dicitur interfecisse: quae Iecinora Promethei fertur exedisse. ortur cum Scorpione: quo exoriente & Corona exoriri videtur Hyginus auctor. Vnde Poeta dicit hoc sidus non esse situm post longa interualla Coronae & aetherijs ere. tractibus Hedum. Hedochus hoc est auriga habet in manu sinistra stellas duas qui Hedi appellatur. Orpheamque Lyram. Lyra inter astra constituta est: hac uti (Eratosthenes ait) de causa quod in iicio a Mercurio facta de testudine Orpheo est tradita: qui Caliope & Oeagri filius: eius rei maxime studiosus fuit. Hyg. & flammis lucetibus Aram. Dij cum Tyranas oppugnare conarentur coniurationem &

Hygini

Idem

Eratosthe
ues
Hygin.

facta in Ara fecerunt: eamq; inter astra locarunt. ab ea consue-
tudine homines dicuntur instituisse sibi: ut cum aliquam rem
efficere cogitarent prius sacrificarent: quam agere cœpissent.

Hyginius auctor.

Suspiciens cœli æternos meditatur honores:

Curfibus alternis mundum ferri atq; referri

Ex Austro in Boreã ex Borea miratur in Austrũ

Suspiciens cœli æter. medi. hono. Meditatur Siderum con-
dicionem: quibus cœlum honoratur. Curfibus alternis: mun-
dum ferri. atq; referri. alternis cur. id est motibus reciprocis.

Ex austro in Boream: ex Borea mir. in Austrum. Causa huius
reciproci motus est Zodiaci circuli declinatio: ita enim Zodia-
cus formatus est: ut una parte contingat Aestiuum circulum:

alia vero Hiemalem. Aequinoctialem autem medium diuidit.
Itaq; sol per Zodiacum currens neq; extra eũ transiẽs: in decli-
nacione quæ est versus Boreã a principio Arietis usq; ad finẽ
Virginis a Borea in Austrũ dicitur ferri. Rursus a signis Li-
brẽ usq; in finẽ Piscium referri in Boreã dicit. De circulis spher-
e dicam laucius alibi.

Et fieri ut gelidam tellus coniecta sub Arcton

Dum bibit ætherios admoto Sole calores:

Mitis & humanę reddatur idonea vitæ.

Et fieri ut. qualiter. g. tellus subie. sub arcton. Dũ bibit. eth.
adm S. c. Miratur Parthenice quo pacto fiat ut habitabilis sit
ea ps terræ quæ Boriali Zone subieitur: hoc est quæ sita est in
ter tropicũ circulũ Cancrĩ: & circulũ Arctiũ. Dũ bibit eth.
causa est motus Solis qui sua vicinitate tempat eã. Zonã ideo
bibere dicitur a Poeta ætherios calores ab Sole. Mitis & huma-
nẽ red. id. vite. Vnũquodq; hemispheriũ in triginta ptes diui-
ditur: ita ut dimensio totius Sphere ex sexaginta constet parti-
bus. Sũpto igitur inicio a principio Boreali capiantur sex parti-
tes ab utraq; finicione: ductoq; circulo cuius centrũ sit Polus:
hic circulus Arcticus dicitur: eo quod inter eũ Arcturi simula-
cha ut inclusa pspiciuntur. Quæ signa a nostris Vrsarũ spe-
cie ficta Septentriones appellatur. Ab hoc circulo de reliquis p-
tibus quinq; sumpris eodẽ centro ducitur circulus qui Tro-
picus Aestiuus appellatur. Ideo quod sol cũ ad eũ circulũ per-
uenerit Aestate efficit eis qui in Aquilone habitant: Hiemem
autem eis qui statibus Austrĩ opponuntur. Præterea quod ul-

Hemispe-
rium

Arcticus.
Septentrio-
nes
Tropicus
æstiuus

K

PARTHENICES PRIMAE

tra eum circulū Sol nō transit: sed statim reuertitur Tropicus est appellatus. Ab hac circuli finicione: quatuor de reliquis partibus sup̄is: ducitur circulus Aequinoctialis: sic dictus quod Sol cum ad eū orbem peruenit: Aequinoctiū conficit. Hoc circulo facto dimidia pars Spherę constituta perspicitur. Deinde e contrario a Polo Australi sumptis sex partibus: ut supra dictū antarticus circulus ductus Antarticus appellatur quod contrarius est ei quem arcticum diximus. Hac diffinitione Spherę centroq; Poli qui notus dicitur: quinque partibus sumptis circulus Hiemalis Tropicus instituitur. Hiemalis dictus ideo quod sol cum ad eum peruenit Hiemem efficit his qui ad Aquilonē spectant. Ab hoc circulo ad Aequinoctialē circulum reliquę sunt partes quatuor. Hyginus auctor His circulis seu Zonis terre partēs quinque subiiciuntur. Septentrionalis extremitas & Australis perpetuo frigori subiectę habitacionis impacientē sunt. Medius cingulus æterno afflatu continui caloris ustus: terram partem subiectā habet pariter inhabitabilem. Inter extremos autem & mediū circuli duo ex utriusq; hac frigide & torride: intemperie temperantur. Vnde terre his subiectę habitabiles sunt. Hyginus auctor.

Hygin.

Mens calefacta Deo : sanctisq; exercita curis :
 Atq; laborando vires & robur adepta
 Alcuis it : semperq; magis terrena relinquit :
 Iam Superis admixta domos explorat & arcem
 Et solium sublime Patris : quod plurima circū
 Turba leues animi volitant : decimoq; sedenti
 Orbe Deo astant vigiles : & cuncta fideli
 Iussa ministerio peragunt : versantq; rotatu
 Sidera perpetuo quidam : mortalia quidam
 Facta regunt : pressasq; graui sub mole tuentur
 Corporis humanas mentes : & regna gubernāt.
 Omne per hos exercet opus. Pater ipse quieto
 Tranquillus sceptro sedet & complectitur orbē.

Liber Terciuſ ſœliciter exorditur.

am mare iam tellus Italo pterritâ Marte
Cæſaris Imperium Romanæq; iura ferebat:
Pax erat: & domitum late placauerat orbem:

Iam mare. Poeta ad Virginis partum deſcribendum accedens: Imperium deſcribit Romanum: eiufq; ſtatum. Tum tẽporis locique conditionem. Dicit que tum Marte tum terras: Italo Marte id eſt bellis Italicis territas ferre Imperiũ Cæſaris & Romana iura. Pax erat. Octauius Auguſtus Marco Antonio ac Cleopatra Aegyptia deuictis: poſteaquam domuit partim ſuo ductu: partim auſpicij ſuis: Aquitaniam: Panno-

Octauius
Auguſtus

niam: Dalmatiam: Contabriciam cum Illyrico omni: Item Rheciam & Vindelicos: ac Salassos gentes Alpinas: coercuit & Dacorum incurfiones tribus eorum ducibus cum magna copia caesis. Germanos ultra Albim fluium submouit: ex quibus Sueuos & Sica mbros dedentes se traduxit in Galliam: Atque in proximis Rheno agris collocauit: ut Tranquillus scribit. Ausus est tandem. C. Augustus septingentesimo ab urbe condita anno Ianum geminum claudere bis ante se clausum sub Numa Rege: & victa primum Carthagine: Auctor Florus.

Trāglus

Florus

Tuta quies: nusquam litui, non arma sonabant:
Et sua bifrontem claudebant limina Ianum.

Tuta quies: nusquam litui. Lituus genus est tubæ incuruæ ea in parte qua robustior est Virgi libro æneidos sexto. Et lituo pignas insignis obibat & hasta. Est item baculus auguralis quo Augures ausibus templa designabant item incuruus Virgilius in septimo. Ipse quirinali Lituo puæq; sedebat Suetonius trabea Aul. Gellius auctor.

Lituus

Virgil

Gellius

Et sua bifrontem claudebant limina Ianum. Regionem istam quæ nunc vocatur Italia regno Ianus obtinuit: Is Saturnum classe peruectum excepit hospicio: & ab eo periciam ruris edoctus: regni eum societate muneravit. Referunt autem Mythici id est fabulosi regnante Iano omniū domos religione ac sanctitate fuisse munitas: idcircoque ei diuinos honores esse deberet: & ob merita introitus & exitus ædium eidem consecratos. Bifrontem dictum putant: quod & præterita sciuerit & futura præiuderit. Macrobius Auctor. Dicitur & his nomini bus Ianus geminus: Ianus pater: Ianus Iunonius: Ianus Consinus: Ianus Quirinus (ut apud Tranquillum in augusto) Ianus Patulcius & Clausius auctore Macrobio Saturnalium primo. In bello eius templi portæ patent: clauduntur in pace. Huius rei hæc causa narratur. Cum bello Sabino quod virginum raptarū gratia commissum est Romani portam quæ sub radicibus collis Viminalis erat: quæ postea ex euentu Ianualis vocata est: claudere festina rent: quia in ipsam hostes irruerant postquam est clausa: mox sponte patefacta est: cumque iterum ac tercio idem contigisset: Armati plurimi pro limine: quia claudere nequibant: custodes steterunt. Cumque ex altera parte acerrimo prælio certaretur: subito fama pertulit:

Ianus
Saturnus

Macrobi.

Trāglus
Macrobi.

Iani noia

PARTHENICES PRIMAE

fufos a Tacio nostros: quam ob causam Romani: qui aditum tuebantur profugerunt. Cumq; Sabini per portam patentem irrupturi essent: fertur ex æde Iani magnam vim Torrencium undis scatentibus erupisse: multasque per duellium (id est hostium) cateruas aut exustas feruenti aqua: aut deuoratas rapida voragine deperisse. Ea re placitum ut belli tempore velut ad urbis auxilium profecto Deo fores referarentur. Macrobius auctor. Interpretacionem nominum Iani alibi dicemus. Poeta pacem istam famosam designat: quæ. C. Octauio Augusto Impante per uniuersum orbem fuisse narratur.

Macrobi:

Nudus in herbifecam redigebat Marcia falcem
Arma faber: segnes fodiebant ensibus agros.
Iam Marius Cimbrus: Rheniq; subegerat arua
Iulius audaces Araris Rhodaniq; colonos:
Aemathiū Paulus Regē Græcosq; loquaces

Nudus in herbifecam re. Marcia id est bellica arma. Nudus faber. & in. h. fal. Nudus faber Virgiliana Allusio. Et nudus membra Pyragmē. fa. agros. segnes. id est tardos. Virgilius in tercio Georgi. En age segnes rumpe moras. Iam Marius Cimbrus. Cimbrus populi sunt Germaniæ Pœninsulam habitantes: quam Ptolomeus Cimbricam Chersonesum appellat: inter Albis & Chalusi fluminum hostia. Hij quondam ad paludem usq; Meotim miliciam agitauere: ab eis enim Cimberius vocatus est Bosphorus quasi Cimbricus cum Græcorū lingua Κιμμέριος Cimbrus nominet Boios Hercyniam siluam inhabitantes inuasere: a quibus æfecti ad Istrum & Scordiscos gentem Gallicam appetentes descenderunt. Porro Tauriscos & Teuristas & hos nationis Gallicæ. Deinde Heluecios adierunt: ex quibus Tigyrinos & Toygenos secum sollicitauere: cumq; sedes in Italia peterent: a Romanis. deleti sunt partim in Alpium transitu in Italiam: partim extra Alpes Auctore Strabone. Florus in Venecia campo Caudio deuictos scribita. C. Mario quarto consulatu: in quo Catulum Luciacium collegam habuit: virum in honore apud optimates habitum: & multitudini non inuisum. Triumpharunt hij de Cimbris tantumq; fuit Germanos Cimbrus & Teuthones vincere: ut po. Roma. Terciū Romę conditorem appellaret. C. Mariū Plutarcho Auctore.

Cimbri

Virgil.

Ptolome.

Strabo
L. Florus

Plutarch:

LIBER II. FO. LXXXVII.

Rheniq; subegerat arua. Iulius Cæsar Galliam decenniali bello subegit: quã per Rhenum: Rhodanũ Ararinq; fluuios Poeta designat. Oriuntur autẽ Rhodanus Rhenusq; ex Alpibus modo dicto interuallo. Rhenus hodie ad utrãq; ripam Germanos accolat habet. Rhodanus Narbonensem Galliam alluit: duobus hostijs sinum Gallicum influens. auctore Prolomeo Strabo neq; Arar ex Monte Vosgo Rhodano ad Lugdunũ miscetur. diuidens Sequanos ab Eduis q̄s Burgundos hodie dicimus. Aemathiu. L. Paulus Aemilius Perseũ Macedonũ regẽ qui Philippo successerat a. T. Quincio flãmínio deuicto in triumpho cum duobus filijs & unica filia duxit. auctore Plutarcho. Dicit autem Poeta noster Aemathium regem. nam qui Edoni quondã populi: quẽq; Migdonia terra: aut Pierium solum vel Aemathiu: nunc omne uniformi vocabulo Macedonia res e: & particione quẽ specialiter antea se iungebantur. Macedonio nomini contributã factẽ sunt corpus unũ Auctor Solinus.

Proleme. Strabo

Plutarch.

Solinus

Rhodanus
Rhenus

Arar
Edui

L. Paulus

Aemathia
Macedonia

Duxerat insigni capitolia ad alta triumpho,
Hesperiam Mauros Numidas Lybiãq; potentẽ
Scipiadæ: magnus Nilum Syriamq; Arabesq;

Duxerat insigni cap. ad alt. triumpho. Triumphus hic insignis fuit auctore. L. Floro dicente. Inter pulcherrimos hunc quoq; po. Ro. de Macedonia duxit: atq; vidit triumphũ: quip̄ pe cuius spectaculo triduum impleuerit. Prima dies signa tabulãq; Sequens arma pecunialq; transuexit. Tercius captiuos ipsũq; Regem attonitum adhuc tanq; subito malo stupentem. Plutarchus longiusculẽ hunc triumphum describit i vita Pauli Aemilij.

L. Florus

Hesperiam Hispaniam. Mauros id est Mauritania. Libyam q; potentem propter Carthaginẽ Ro. Imperij æmulã. Scipiã adẽ. P. Scipio Africanus superior secundo bello Punico Hannibale deuicto Carthaginẽ leges imposuit. P. Scipio Africanus P. filius tercio bello Punico Carthaginem funditus deleuit. Virg. aut geminos duo fulmina belli. Scipiã cladem libyẽ Græca forma patronymica Scipiãdes: Latine Scipionides.

Virgil.

Apianus.

Magnus. Cn. Pompeium dicit Pyratum bellum (ut Apianus ait) quod omnibus difficillimum putabatur esse: facillima quãdam pars Pompeio obuenerit: nauesque in potestatem redegit partim duobus & septuaginta diebus captas: partim traditas: numero sex supra trecentas: ciuitates: præsidia: recepit.

P. Scipio

Cn. Pompeius

PARTHENICES PRIMAE

rosque omnes eorum diebus centum & viginti suscepit. Ex Pyratibus ad decem milia eo in bello caesa referuntur. His adeo celeriter gestis: Romani eum adhuc circa Ciliciam castra habentem: Imperatorem ad bellum Mithridaticum elegerunt: ita ut pro libito quae sibi viderentur componeret: atque pugnaret amicosque vel hostes populo Romano: iuxta voluntatem suam iudicaret: exercituum omnium extra Italiam princeps esset: quae simul omnia nulli alij preterquam Pompeio fuisse concessa factis constat: & forte ob haec Imperatorem ipsum magnum appellarunt. Fugato deinde Mithridate usque in Colchidem Albanos. Hiberos. Ponticas nationes. Armenios. Paphlagonos. Cappadoces: Cilicos. Syros. Scythas. Iudeos Arabesque devicit. De Mithridate Tigranemque regibus triumphavit: cum prius Sicilia recuperata: Africaque tota subacta triumphasset. Ad solis autem occasum in Pyreno trophea excitavit de Hispanis ulterioris Hispaniae: ac Sertorio domito iterum triumphales currus eques Roma. induxisset: totiens Imperator antequam miles. ut est apud Plinium libro septimo: Plutarchum Apianumque. Poeta Nilum hoc est Aegyptum per Pompeium devictam devicit: poetice dictum accipio. nam Mithridatica victoria Aegyptus quae est in circuitu maris: quod interiorius est: nondum Romanis cecidit. Apiano teste. Verum. L. Gabinius auspiciis Cn. Pompei Ptolomeum Auletem Cleopatrae genitorem in regnum reduxit: interfectis Archelao Archelai illius filio: qui contra Syllam bellum gessit: pariter & filia quas Alexandrini regno prefeceant Strabone Auctore. Qua de re Nilum vicisse videtur Pompeius: cuius auspiciis Gabinius Regem restituit.

Plinius
Plutarch.

Apianus.

Strabo

Hircanosque sinus: & Pontica regna fretumque
Quod Phryges & Cylicum disiungit ab Hellade
Vicerat: Euadri collē metuebat Olipus caepos

Hircanum
mare

Hircanosque Sinus. Mare Hircanum designat: quod & Caspium dicitur auctore Strabone. Eratosthenes huius maris circum navigationem Graecis cognitam scribit. Strabone referente.

Strabo

Pontus

Et pontica regna. Pontum dicit mare Euxinum: quod olim propter ferociam gentium ἄξιμον Axenum id est inhospitale dictum fuit. Sunt autem pontici Bethini Paphlagonum Galatae & Cappadoces: Colchi Albani & Iberi: quorum regem Mithridatem devicit.

Fretumque quod Phryges Asia minoris populos & Cilicium campos disiungit ab Hellade id est Græcia ab Hellene Deuca/ lionis & Pyrrhæ filio ut Strabo testatur. Est autem id mare Aegeum a Thesei patre: vel ab Aegis Euboicis ut Straboni placet: sunt autem altere Aegæ Achaicæ eodem auctore

Strabo

egeum mare
Aege
Olympus

Strabo

Plinius

Strabo

Euandri collem metuebat Olympus. Mons est Misæ in Asia minore auctore Strabone sunt autem quatuor huius nominis montes. Vnus Phrygiæ ad Antandri oram. Alter Misæ quem Plinius Misim quoque dictum scribit. Tercius est Thessaliæ. Quartus vero in insula Lesbos auctore Strabo. Et nota quod a nullo horum montium ludi Olympiaci dicuntur: cum procul ab Elis de & Pisa distent hi montes: sed quia huiusmodi ludi in honore Iouis Olympi celebrabantur dicti sunt Olympiaci: Locumque iuxta Pisas Olympia nomen accepit: quamuis apud doctos etiam viros legerimus a monte Olympo dici Olympiacos ludos: qui procul dubio falluntur: ut ex Strabone & Diodoro discimus.

Hem

Diodor.

Olympia

Et Tyberim magno pater Ennosigæus honore suscipiens inter Nymphas & Numina Pontis Ducebat sceptrum: celebris in sede locabat.

Et Tyberim. fluvium Romanum magno patre Ennosigæus id est Neptunus. Est enim Epitheton Neptuni: ab Ἐποςιο & γοια. quod terram quaciat: & latine Ennosigæus dicitur: & metri causa interdum n duplici scribitur. Dicitur item Neptunus & Ἐποςιοχέωρ simili causa: quod χέωρ id est terram quaciat: at Ἐποςιο enim cōcussio est Io. Carmelitano auctore. Tyberim. fl. honore affectum dicit a Neptuno: propter Romanam gloriam.

Ioh. Car/
melitanus

Ennosigæus

Læta Ceres agris cultum referebat: & altum fumabant presso robusti vomere tauri.

Læta Ceres agris. & altum fumabant robusti tauri presso vomere? Ad arancium bouum labores respexit: qui alcius pressi fumant. Vult autem sub saluatoris adventum fertilitatem fuisse solito leuiorem. Augustus rerum dominus regna oppida & ipsos Indigenas redigi in scriptis mandaratum: & ibant Cæsareis omnes censum nomenclaturæ daturi Præsidiibus: veterem Patriam Davidis Ioseph: Cum Consorte graui Bethlemica regna petebat

PARTHENICES PRIMAE

Iamq; suburbanas aedes intrarat: & urbem
 Turba frequens cōplebat: erant plena oīa multo
 Hospite: & ingenti strepitu: pleneq; sonabant
 Confuso clamore domus: promiscua vulgi
 Congeries atra sub apertis nocte iacebant
 Porticibus: nulloq; regi vagus aduena tecto
 Iam poterat. sicut populo cū maximus omni
 Pollutus veniam scelerum post quina Sacerdos
 Lustra vocat turbas Romana in templa fideles.

Augustus rerum dominus. Descriptionem uniuersi orbis
 a Caesare Augusto factam designat: ut est in Luca scriptum.

Censum nomenq; datur Presidibus. Romani regnis que in
 prouincias redegerunt presides prefecere ut Syrię Cyriū: q̄
 uis Gręci textus Cyreniū scriptum habeant.

Dauidis patria Berhlechem. Cum consorte graui. Cōiuge par
 tui vicina. Iam suburbanas aedes. Suburbia eo quod sub urbe
 sint: & ur. Tur. fr. con. erant pl. omnia multo Hospite id est ho
 spitibus ut illud Virg. Vterumq; armato milite complēt. &
 ingenti. str. pl. quæ so. Conf. cl. do. promiscua uulgi Conge. a/
 tra. id est obscura sub. ap. n. i. Porticibus nulloq; regi. v. adue/
 na. r. Iam poterat. sicut maximus Sacerdos Pollutus cum om
 ni populo dat veniam scelerum vocat turbas fideles in Ro. tē
 pla in septē Aedes celebriores Urbis post quina Lustra id est
 post vicesimum quintū annum: ad quem hodie Iubileus reda
 ctus est: longe ab Hebreorum iubileo: qui anno quoq; quina
 quagesimo libertates reduxit.

Propterea exesi montis sub rupe cauata
 Ligna Senex ramosa ferens ex arbore caesa
 Paruula congesto fixit praesepia foeno.
 Et circūiument a locans asinumq; bouemq;
 Fraxinea strauit saxosa cubilia fronde:
 Fomiteq; apposito circū de marmore flammam
 Excudit: & clavis noctem fugat ignibus atram
 Binacq; saxa viae lapidoso ex aggere vellens
 Pronus humi duo scāna breuē cōuoluit i usum.

Suburbia

Iubileus

Lucas

Admotæ uxore focis stridencia postq̄
 Ligna diu lachrymas nebulæq̄ humete vapores
 Eiecere graues oculis & libera pulsis
 Vndiq̄ flamma micat fumis : spelæa ligato
 Claudir & hibernū prohibet velamine frigus.

Propterea quia ei non erat locus in diuersorio ut Lucas scribit. Spelea id est spelunca: quam descripsit Poeta claudit ligato velamine & prohibet Hibernū frigus. ad anni tempus respexit.

Mox inopem e dorso cœnam deportat aselli:
 Cantharus & passæ Cereris cum frugibus vuæ.

Mox inopem e dorso cœnā deportat aselli. Frugi mēsam describit. Cantharus Virg. Et grauis attrita pendeat cantharus ansa. Et passæ Cereris cum frugibus vuæ. Passum est proprie rugosum v̄ siccū: unde & uua passa dicta est quod sit rugis impleta. Passum etiā genus liquoris dicitur quod ex uua passa cogitur. Virg. Georg. libro secundo & Passo Phycia utilior. Passum etiam nominabant Varrone auctore de vitis Patrum si in vindemia vuam diucius coctā legeret: eāq̄ passi essent in sole aduri. Auctor Marcellus.

Carica luglandes & cum Cariotide mala:

Et filiquæ dulces: & parui caseus orbis:

Deliciæ ruris nocturnæ hæc pabula mensæ.

Caryca Syria in ficorū genere habet Carycas: & minores eius generis quæ Coctona vocant. Pli. auctor libro hist. naturalis. xiiij. Marcialis. Si maiora forent Coctona ficus erant. Nec Coctona a coquo: sicut nec Caryca a copia vel a Χόρις quæ est gratia: sed Polluce teste a locis Syriæ dicuntur. Ouid. libro Metamorph. octauo. Hic nux hic mixta rugosis Carica palmis.

Iuglandes Auctore Caio in libro de significatione. Iuglans arbor dicta est perinde ac Iouis glans. Cloacius Verrius in libro a Græcis tractor: ita memorat. Iuglans quasi diu glans: id est Διου βόλονος hanc Græci Basilicam vocat. Auctor Macrobius Saturnaliū. iij. Cariota est species palmarū. Pli. Auctore cibo quide & succo ubertimo ex quibus præcipua vina oriuntur iniqua capiti. unde & pomo nomē nā Κερα caput significat. Strabo lib. ultimo in Iudea & Thebaide duplex est palma. Cariota scilicet: atq̄ reliqua ac Thebaica quide, quamuis

Lucas.

Virgil.

Virgil.

Varro.

Marcellus

Plinius

Marcialis

Iulius Po

lux.

Ouidius.

Caius

Marcialis

Cloacius

Verrius.

Macrobi.

Plinius

Strabo

Passum

Caryca

Coctona

Iuglans

Cariota

PARTHENICES

PRIMAE

vero in Peneum: iuxta hunc fluuiū cōmissum fuit prēlium in-
ter Cēsare & Pompeium: ideo dicit eum tinctū. Aufonio id est
Iralo sanguine hæc ex Strabone Lucanoq; .

Hebrus

Sic thrax Pindo qui labitur Hebrus. fluuius est thraciæ He-
brus ex Pindo fluens. Aristotele auctore.

Strabo
Lucanus
Aristotel.

Populiferq; Padus: Lacedemoniusq; Eurotas:
Et Tanais gelida celerem qui diuidit undam
Hyrgis aq; scythicusq; hypanis Xactus symoisq;
Vix Arabes horti: calidæ vix arua Syenes:
Vix ager Hesperidū: vix ipse virebat Hymetus

Padus.
Eridanus

Populiferq; padus. Ouidius secūdo sine titulo. Frigidus Eu-
rotas populiferq; Padus. Alio nomine Eridanus dicitur. Au-
ctore Pli. oritur gremio Vesuli montis cellissimū in cacumen
elati finibus Ligur: nulli amniū inferior claritate: pena Phae-
thontis illustratus: cuius sorores in Populos mutatae sunt: dū
eius mortem delamentarentur: quā subiit dum male paternos
regeret currus ut canit Ouidius fabulosum: meminit Strabo.

Ouidius .

Plinius

Ouidius !
Strabo

Alpheus.
Eurotas

Lacedemoniusq; Eurotas. Vicus in agro Megapolitano A-
sia vocatur: duos vicinos inter se habens fontes: e quibus efflu-
unt amnes Alpheus & Eurotas. Hī cum aliquot excurrerint
stadīs absorpti a terra rursus emergunt. Inde unus Laconicā:
Alter Pisam perducitur in oram. Eurotas quidem p Blemina-
ridem primo exoriens: præter Spartam labitur (hæc est Lacede-
mon) & longā per vallem discurrens paludem efficit. Demū
inter Gythiū Spartes Emporiū & Acree mare ingreditur. At
Alpheus assumpto Celadonte & Erymantho & alijs ignobili-
bus fluuijs per Phixeā ac Pisum: Tryphiliū delatus agrū: p-
ter ipsam Olympiā in Siculū excurrit pelagus inter Pheā & Pi-
tanem Auctor Strabo. Et Tanais gelida id est Tanais qui di-
uidit celerem undam Hyrgis gelida id est frigida aqua. Tanais
fl. fertur a Septētrionis partibus Nilo, contrarius: non tamen
per Diametrum (ut quidā putant) sed Orientalior: originem
ut ille incertā habens Verum Nilus magna ex parte notus est
ac regiōnē percurrit totā accessibilem: & longas habet nauiga-
ciones. Tanaidis vero hostia scimus. Nam duo sunt ad septen-
trionales Meotidis partes. lxx. inter se stadijs distancia. Auctor
Strabo: Hunc Hyrgis Scythæ: fluuius influit auctore Hero-
doto. Tanai Europa ab Asia diuiditur. Lucanus Asię quocq;
terminus idem. Europe medię dirimens confinia terræ.

Sparta

Tanais
Hyrgis

Idem

Strabo
Herodot;
Lucanus;

LIBER II. FO. XCI.

Herodot. Hypanis. Scythiæ fl. quem Herodotus post Istrum & Tyram ponit: hunc ex magna palude profluere dicit: circum quã pascuntur eq̃ siluestres candidi: recteq; vocatur hæc palus mater Hypanis. Ex hac igitur ortus Hypanis fluit fere qnq; dierum nauigacione angustus & adhuc dulcis: sed mox quatuor a mari dierum nauigacione sane quam amarus: propter amarum qui in eum influit fontem qui Scythica lingua Exampeus dicitur Plin. libro undecimo. Hypanis fluuius in ponto circa solsticium desert Acinorum effigie teneras membranas: quibus erumpit volucris: quadrupes: nec ultra diem viuuit. Vnde Hemerobion $\epsilon\mu\epsilon\rho\beta\iota\omicron\upsilon\mu$ vocatur

Plinius

Strabo Simois & Xanctus fluuij Troiani. Simois ab Ida mōte p fluit: & cum mari propinquat Xanctus ei miscetur in paludē coactus iuxta Sigeum emittit in mare. Strabo post Rhygium est Sigeum urbs diruta: & nauale: & Achiuorum portus: & Achaica castra: & lacus qui Os dicitur: & Scamandri hostia Pōponius maiora nomina dicit: quam sint flumina.

Pōponius

Strabo Vix arabes horti dicit propter Hyemis horrorem: vix etiã aliquid viridi in calidissimis fuisse regionibus. Apud Arabes thus & myrrha & Cynamomum nascitur in terra Sabæorum quæ maxima nacio est. In ora etiã Balsamum & alia quedam herba valde odorata: quãquam eius odor cito deperit. Habet præterea palmas odoratas & calamum. Homines propter maximam fructuum copiam ociosi segnesq; viuunt Auctor Strabo. Arabes nullo unquam externo Regi: non Assyrio: nõ Medo: non Perso paruerunt. Ipsi Macedonum reges nunquã eos subigere: quantumuis magnis copijs valent. Auctore Diodoro Aelius Gallus ex equestri ordine: solus in eos intulit Romana arma Plin. Straboneq; auctoribus. Is est Gallus cuius Virgilius meminit in Licoride.

Diodor.

Plinius Aelius Gallus

Strabo

Ptolome. Vix arua Syenes. Syene Ptolomeo teste ciuitas est Aegypti in Amoniacã regione: hic sol semel in anno sit supra verticē capitis: quando sol est in æstiuo tropico hoc est in cancro. Hic tradunt solsticij die medio nullam umbram iaci. Puteumq; eius experimenti gracia factum totum illuminari Auctor Plin. Vnde Lucanus ait. Umbras nusquam flectente Syene. & Idē Cancroq; suam torrente Syenem Strabo a nostris enim locis hoc est a Græcis in meridiem procedentibus: hic primum sol nobis supra verticē sit & in meridiē umbilicos efficit sine umbra: necesse enim est cum nobis supra verticem fuerit: in puteos quanquã profundissimos usq; ad aquam radios iaci. nam

Plinius

Lucanus

Strabo

Hypanis.
Ister
Tyras:

Hemerob
ius
Simois
Xantus

Arabes
Tus
Myrrha

Aelius ga
llus.

Syene.

O ij.

PARTHENICES PRIMAE

& nos perpendiculariter stramus: & puteorum effossiones ad p
pendiculum sunt factae. Supra Syenem Elephantina est insula
& urbs sedecim milibus passuum. In Syene item tres Roma/
norum cohortes collocatae erant praesidi gratia Strabone Au/
ctore.

Strabo

Hesperidū horti

Vix ager Hesperidum. Hesperides hortos habuisse dicuntur ad Lixon Libye malis aureis. Plin. nihil restare dicit praeter Oleastros. Solinus describit locum unde fabulae hortus custo
diri ea mala per uigili dracone. Diodorus scribit in Hesperia
duos fuisse fratres fama celebres Hesperum atq; Atlantē: hos
habuisse oues decoras fere colore aureo ac rubicundo: a quo eas
Poetae aurea mala dixerunt. Hesperus filia habuit Hesperin: quae
Atlanti nupsit: & ab ea regio: Hesperia nominata est: genuit ex
ea filias septem quae Hesperides nominatae sunt a matre. Lico

Plinius
Solinus
Diodor.

Hesperus Atlas

Medusa

phron Hesperides dicit Euryalen: Medusam & Sthenonē. Gorgones autem Gorgon: Enyo: Pephredo: haec habitauerunt insulas Gorgades distantes bidui nauigatione a continenti contra Atlantem montem ad fines Mauritaniae: in his fuit Medusa: quam ut alij Perseus ut: Euemeris scribit auctore Hyginio: Minerva interfecit. Vetus Poetarum sapienter & Hesperides & Gorgonas eandem censet. Nota insuper inter hortos celebratos fuisse Hortos Hesperidum: & Alcynoi Pheacum regis apud Homerum qui pomum pomo successisse scribit in Odyssaea.

Licophron

Hyginus
Euemeris

Homerus

Hymetus

Vix ipse uirebat Hymetus. Montes Atticae Brilessus: Aegialus: Icarus: Hymetus: Lycabettusq; teste Plinio. Sed Hymeto merito ac iure attribuitur praecipatus: quod apprimere flo
rulentus eximio mellis sapore: & externos omnes & luos vincit. Solini sunt uerba. Claruit & Marmore. Unde L. Crasso p.
bro datum est: quod columnas peregrini marmoris haberet Hymacias. auctore Plin. libro tricesimo sexto. Ostendit igitur Poeta noster per flumina & montes hymetis tempus sub Christi natiuitatem fuisse.

Plinius

Solinus

Plinius

Halcyonis foetae varijs noua pignora pennis
Iam tolli audebant: primosq; efferre volatus.

Halcyonis foetae varijs noua & c. ordo est Noua pignora: id est pulli. foetae id est enixe. Halcyoniam iam audebant tolli varijs pennis. q; .i. & efferre primos volatus. Per Halcyonas brumam item describit. Halcyone siue Halcyon auis est paulo maior passere: colore Cyaneo ex parte maiore tantum purpureis & candidis admixtis pennis: collo gracili ac procero. Halcyonem

Halcyone
Halcyon.

videre rarissimum: fortificant bruma: qui dies Halcyonides ^{Halcyoni/}
 vocantur: placido mari per eos dies: & nauigabili Siculo ma/ ^{des dies}
 xime. Faciunt ante brumam septem diebus nidos & totidem
 sequentibus pariunt. Plinius auctor libro decimo. Bruma au-
 tem sub Solsticiū est Hyemale: quo tempore & Christi nata
 lis diesq; Halcyonides incidunt. ^{Brumia}

Plinius

Attulerat medio nox alta silencia cursu:
 Astraq; per tenebras tremulis ardencia flammis
 Lustrabant dubio frigentem lumine terram.
 Occiderant ignes: & caligauerat antrum:
 Quom subito Martis clausa Puer æditus aluo
 Expulit umbrosam cœlesti lumine noctem.
 Aduenere chori Superum: præptiq; agilesq;
 Dulce ministerium nato exhibuere Tonanti:
 Et dulces cecinere modos. tulit ora repente.
 Territus hac nouitate Senex: & strata cubili
 Membra leuans: pueri Numē recubātis adorat
 Iam leuis / & partu nullos experta dolores
 Sustulit infantem Virgo: pannisq; vorutum,
 In præsepe tulit: iumentorumq; sub ora
 Micia: ubi tractis al ternus anhelitus auris
 Spirabat Pueri tepidos in membra calores.

Attulerat medio nox alta silencia cursu. Chronographi/
 am mediæ noctis canit Poeta: Astraq; tenebras tremulis ar/
 dencia flammis Lustrabant dubio frigentem lumine terrā.
 Occiderant ignes Virgilius, Interrupti ignes aterq; ad fide/
 ra fumus exigitur.

Virgil

Quom subito: Puer æditus. natus. clausa aluo. utero matris
 Expulit umbrosam cœlesti lumine noctem. Aduenere chori
 superum angelorum promptiq; agilesq;. Tulit ora repente.
 Territus hac nouitate senex. Iosephus & strata cubili mem/
 bra leuans adorat numen. id est deitatem Pueri recubantis.

Iam leuis: effoeta: & partu nullos experta dolores Sustulit
 infantem.

PARTHENICES PRIMAE

Fortunata ambo : atq; omni praelata ferarum:
 Et pecudum numero : seu sit quæ lactea Cyro
 Vbera porrexit : seu sit que lucet in astris
 Hirta louis genitrix : seu sit quæ pauit lberum
 Cerua ducem. cædāt Phrygij: qui sancta leones
 Plaustra Deū Matris subeunt: Bacchiq; ministræ
 Lynces : & rapidæ truculenta animalia Tigres :
 Et lupa : quæ geminos aluit Mauorcia Fratres :
 Quicq; trahunt Martis currus : Phæbicq; iugales
 Vos sola e cunctis diuini conscia partus
 Infantiq; Deo primum exhibuistis honorem .

Cyrus.
 Astyages
 Mandane

Fortunata ambo atq; omni praelata ferar. & p. n. seu sit. q. l.
 Cyro. Cyro: qui primus Persis Imperiū constituit: aiunt a ca-
 ne nutritū fuisse Verum aliter ex historia Herodoti discimus
 Is scribit Cyrum ex Mandanę Astyagis Medorę regis filia : &
 Cambysę Persa genitū: & cum Astyages Mandanes visione ter-
 ritus quā per quietē Vrinam facere visus fuit: qua omnem ur-
 bem Astyagis oppleret: omnemq; Asiam inundaret: tū quod
 videbatur ei ex genitalibus filia Vitis enasci: quæ omnē occu-
 paret Asiam. Magi autem his visionibus portendi dicebāt pro-
 lem Filia: pro iplo regnaturā. Iussit igitur partū exponi Har-
 pago Medo negociū iniungens: is bubulco Astyagis Mitrida-
 ti rem cōmisit: cui contubernalis & eadē conserua erat nomine
 Cyno græca lingua id est canis: Media Spaco. Sub idē fere tē-
 pus hæc Cyno puenī peperat mortuū: quo pro Cyro exposi-
 to: bubulcus uxorq; sua Cyrū enutriere. Vnde fabula fingit
 eum a cane educatū. Dicit Poeta noster: Bouē Asinū diui Chri-
 sti natali præsentēs fortunaciōra animalia cunctis: quæ Genti-
 les fingunt genituris suorū vel Principum vel Deorū af-
 fuisse. Seu sit quæ lucet in astris Hirta. Io. g. Amaltheam ca-
 pram dicit. Saturnus responsum habuit se a filio regno exui at-
 q; expelli: quæ res Saturnū impulit: ut filios sæpius perimeret
 Id egreferens Ceres (quam uxorē eius dicunt: quā alij Rheam
 vocant) cumq; animus viri placari non posset. Iouem Cureti-
 bus nutriendū tradidit. Hi in antrū ad Nymphas cōmendatis
 illis infantis cura detulerunt: ibiq; lacte caprę quę Amalthea di-
 cta est mellecq; educatus est. Diodorus auctor. Quid de Amal

Herodot.

Amalthea

Ceres
 Rhea

Diodor.

thea Hyginus scribit dictū est supra.

Cerua. Telephū Herculis filiū quē ex Alei Arcadis filia ge / Telephus
nuit Auganoie: quā cū Patre cognouisset inscio: Pater eā ma /
ri mergendā disposuit: tradēs eā cuidā Nauclero: quæ cū vici /
na ptui esset iuxta Partheniū montē peperit: Infantēque intra
virgulta abscondit: ad nauimq; redijt. Nauclerus nolēs eā inte
rimere: quibusdā ex Caria eam dono dedit: qui eā Teuthranti
Mysoꝝ regi tradiderūt. Infans in Parthenio relictus inuentus
est a pastoribus: & cerua ei ubera prestās: pastores hunc Cory
tho regi tradiderūt: quē Corythus ut filiū educās Telephi (eo
quod fuerit a cerua enutritus) nomē dedit. Hic vir factus: Ma
trem inuestigās venit Delphos: responsoq; accepto in Mysiā
nauigauit: Teuthrāteq; inuento: qui Matrē vxorē duxerat: co
gnitōq; cuius esset filius magno in honore habitus est. Teu
thrasq; filiā ei despondit: regniq; instituit successorē. Auctor.

Diodor.
Strabo

Plutarch.

Diodorus Strabo: itē ex Eu ripide. Sed quia Poeta noster. Cer
uā dicit pauisse Iberē du cē Telephus at Arcas siue Mysius fuit
epitheton ei non cōuenit: neq; Ceruā. Q. Sertorij itelligamus
quā adeo māstretā habuit ut ex manu eius cibū sumeret ut Plu
tarchus scribit. Gessit at proconsulanū Iberiæ: puincie Hispa
niē: contraq; Syllanos duces Metellū. Pompeiūq; bella: & cer
tamina plura confecit: fraude tadem: M. Perpēne oppressus inte
rjt. Sed Habidē intellige: Qui ex Gargotis filia genitus: cani
bus suisbusq; expositus ferisq; ab omnibus alitus: tadem i ma
re deiectus: inter æstus: & recīprocātes undas in litrus elatus:
Cerua statim affuit ubera paruulo offerens inter greges ceruo
rū enutritus. Laqueoq; captus ad regnū Iberiē puenit ab auo
recognitus cuius successores Hispaniē præfuerūt auctor Iusti
nus. Cedāt Phrygiē leones: q sub sanc. Plaut. D. Matris i. Cy
beles. Huius Deę origo in Phrygia extitisse traditur. Afferūt
enī incolę Phrygiæ Libiēq; pñscū regē fuisse Menoen: q uxo
rem duxerit Dyndimēne ex ea natā sceminā: cū nutrire nollēt
in montē Cybelen ab se expositā: diuina quadam sorte Pardali
tū leones aliēq; ferę lacte uberibus p̄bito nutrierūt auctor Dio
dorus. Oui. currū Cybeles subijisse dicit Hyppomenē & Atalā.
tā in leon. mutatos: cū in tēplo eius cōcubiissent lib. meta. x.

Iustinus

Diodor.

Ouidius.

Strabo

Virgil

Papinius.

Adde ex Strabone Matrē deū a Phrygibus Angidyfā vocari
Bacchiq; mi. Lyn. Virg. Quid Lynces Bacchi: varie & ge
nus acre luporē Lynces & Tigres currū Bacchi trahere dicun
tur Papinius in Thebai. Marcidus edomitæ bellū referebat ab
Aemo Liber ibi amiferos geminē iam sidere b: umē Orgia fer

PARTHENCES PRIMAE

- re Ge. ca. q. vi. d. Oth. & Ica. Rho. aff. um. Et iā p. ma. ad moe;
 cur. Pro. ef. dextra leuaq; se. Lynces: & uda mero lambūt re. Ti
 gres Sunt autē Lynces ex genere luporū maculis distincti: ut
 est apud Pli Tigrin Hyrcani & Indi ferunt: animal velocitatis
 tremende & maxime cognite dū capitur. Pli. auctore. Solinus. Plinius
 Nihil tā longum est: quod nō breui penetrent: nihil adeo ante
 cedit: quod nō illico assequatur. Ac maxime potencia eorū p/
 batur: cum maternis curis incitantur: cū catulorū insistūt rap-
 toribus. Succedāt sibi equites licet: & astu quolibet fuga amo-
 liri p̄dam velint: nisi in p̄sidio sint maria: frustra est auisum
 omne. Diuus augustus Q. Tuberone: Fabio Maximo. coll.
 quarto Nonas Maij theatri Marcelli dedicacione Tigrin pri-
 mus oīm Romae ostendit in cauea māsuēfactam. Diuus vero
 Claudius simul quatuor. Plinio auctore Domicianus plures. Plinius
 Marciale auctore. Pli. scribit Bacchi currū Elephantes duxisse
 & Pompeium eum esse emulatum triumpho suo. Sed Tigrū
 meminī Syllius libro. xv. Quid cui post Seras & Indos Cap-
 tivo Liber cum signa referret ab Euro: Caucasee currum duxe
 re per oppida Tigres. Ferocia est eis p̄cipua: ut ecia in se ip̄as
 feuiāt auctore Pli. unde triculēra Poeta appellat aīalia Tigres. Syllius
 Et lupa Mauorcā. Lupi in tutela sunt Martis: uti & Picus. Plinius
 Appellat ergo Mauorciam Lupam: quae Romulum & Rhe-
 mum aluit: cuius imago aenea cū pueris erat in Comicio. Plu-
 rarcho & Pli. auctoribus. Plutarchus
 Plinius
 Quicq; trahunt Martis currus. Equi Martis dei belli: quos
 Bellona regit ut est apud Papiniū. regit atra iugales Sanguinea
 Bellona manu: Longaq; fatigat cuspede. Papinius
 Phoebicq; iugales. equi solis. Vos sola e cunctis. animanti/
 bus. d. cō. p. Infantiq; deo. pri. exh. ho. Alludit vaticinio Esaię
 cognouit bos possessore suū. & Asinus p̄sepe Dñi sui. Esaias
 Discite Primates orbis: qui sceptrā tenetis:
 Tegmine qui bifido frontem qui sacra rubenti
 Tempora velatis pileo: quibus ora superbo
 Inflat honor fastu: miserā non temnere sortem
 Hic Puer obscuri cum primum limina mundi
 Attigit: glatae docuit deponere frontis
 Alta supercilia: atq; humilem vestire figuram,
 Prima hęc in nostros obiecta est machina mores

Informemq; ista reparauit imagine vitam.
 Micia sic iumenta inter mitissima Proles
 Virginis innocuæ iacet: ad spectacula toto
 Cœlicolum conuersa cohors miratur Olympo.

Discite primates. Exhortatur ad humilitatē Primores Prin-
 cipesq;. Te. q. bi Alludit ad infulas Pontificū: qui sa. ru. Cardī-
 neā Tyarā designat. q. o. f. Inflat ho. fa. mi. nō tem. pro contem-
 nere fortē: Sors & fortis in recto declinatur Prisc. teste ut sup.

Prisciaūs.

Sors
Sortis:

Hic pu. Oñdit ierū xpm hūilitatē primū docuisse sua sorte.
 Ima Caper cœli Cancer suprema tenebat:

Et caput attollens sæclī regina vetusti

Erigone: iunctosq; videns descendere pisces:

Ima Caper cœli. Capricornus & Cæcer signa tropica: e regi-
 one locata sunt: ideoq; uno in medio cœli pōsito. Alterum sub
 terra ferri necesse ē. Erig. i. Virgo. ve. se. i. etatis auree. att. &c.
 de. p. quoz; iā nil appebat. Horoscopate. Libra scd'm sitū astro-
 rū: quē Poeta designās mediā noctē describit: qñ Dñm natum
 uult. Pro. t. c. l. p. Erigone filia Icarī: p signo vginis sumit: q;
 uis Hesiodus Iouis & Themidis filiā dicat vginē: Aratus A-
 strei & auroræ filiā existiat: q; eodē tpe fuerit: cū Aurea secula
 hoīm. & eoz; picipē fuisse demonstrat: & ppt diligēciā & egratē
 iusticiā fuisse appllatā tū ob scelera hoīm i cœlū euolauit au. H.

Cancer
Capricor-
nus.

Erigōne

Hyginus

Prospexit teneros clementi lumine partus.

Sūt quoq; q sumum traxisse per æthera caudā

Fronte sub ardētī merſa Phlegethonte Draconē

Cōmemorent: genēsimq; velint fecisse sinistra.

Sed pia virgineæ prolis clemencia legit

Ipsa sibi genus id fati: non astra tulerunt.

Nam neq; sublimi Dñm: qui regnat Olympo

Credimus a cœlo in poenam violēter adactum.

Prospexit teneros demētī lumine: est enī Virginis signū do-
 mus Mercurij: q; Planeta est beniuolus. Vñ apte Poeta aspectū
 natiuitatis Iesu designat: Christiana etenī secta Mercurialis est
 Iouialisq; ut Astrologis placet.

Sūt. q. ordo est quoq; sunt q cōmemorēt Draconē traxisse
 caudā p lumunū æthera: merſa fronte. i. capite Draconis: sub ar-
 P ij

PARTHENICES

PRIMAE

Ecliptica. denti Phlegethonte Supplices eccentrici Lune propter declinacionem Polog; orbiū augem deferenciū: superficiem eclipticę super diametro mundi interfecat. Vnde vna eius pars versus Aquilonem: quæ caput: Altera versus austrū & hæc cauda draconis nuncupatur. Auctor Georgi. Purbachius: & habet caput suum motū medium & verę ut Planete. Vnde subiungit Poeta Genesimq; velint fecisse sinistram. Malū est autem habere caudam in medio cœli in natali ut Astrologi volunt. Id autē confutat Poeta dicens astronum dominū sibi elegisse hanc nascendi fortem: suaq; voluntate & natū & passum: nequaquam astrorum imperio.

Pubarch.

Tum quoq; montanis lætū pastoribus agmen
 Diuorū apparens Regem clamauit Olympi
 Querite: qui natus modico iacet abditus antro.
 Ite citi: nec vos nox intempesta retardet.
 Candida formosæ iam pendet ad ubera Matris:
 Infantem fouet ipsa sinu: noua gaudia mundus
 Accipit: & rerum melior contexitur ordo.
 Descendit promissa salus: pia Numina mundo
 Seruauere fidem: foelicia secula currunt:
 Et cū Prole noua cœlo noua labitur ætas.
 Pax noua terrigenis oritur: noua gloria cœlo.
 Hæc Diui, gressus illi mouere citatos:
 Ingressicq; lares dulcem videre Puellam
 Pascentem teneros lactenti pectore partus.
 Nam iubar immensum cœlo deduxerat Infans:
 Illustricq; die noctis dissecerat umbram.
 Mirati lucem insolitam: summūq; decorem
 Virginis: osq; Viri sanctum capitūsq; verendi
 Caniciem sacram: pulchræq; simillima Matri
 Pignora virgineum labris mulgencia pectus:
 Poplitibus flexis miti sub imagine clausum
 Numen adorarunt: mox ad sua septa reuersi
 Miserunt celebrem vicina per oppida famam.

LIBER .II. FOL: XCV.

Lucas. Tum quoq; Apparicionē Angelos; pastoribus factam in
nua. eorūq; in Bethleē trāsītū ut est in Luca scriptum.

Non erat Oleniam fama hęc nutrire Capellam
Cretæa sub rupe Iouem: neq; tecta canistri
Pascere Cecropias Vulcania furta sorores:

Strabo. Nō erat. Ol. Olena Achaic oppidū: & nō pcul ab eo Egū au Olena:
ctore Strabone. Inter Patras eni & Dymā vetusti Olenia; edī Olenia ca
fici vestigia mōstrātur. Vbi & Eusculapij tēplū insigne. Est & pra
in Aetolia Olenū ab Achaico at capra nomē accepit: q; Iouē nu

Aratus. Vñ Arat. Diuaq; capra Ioui ut fama est hic p̄buit uber.
Strabo. Et subdit Oleniāq; Iouis vates dixere capellā. Strabo auctor.

Diodor. Cret. f. r. Io. Iupit̄ recēs natus a m̄re Rhea Curetibus iuxta Iupiter
Idā habitātibus nutriēdus tradit. Hi ī antrū ad Nymphas pue Rhea
rū detulerūt cōmēdata illis Infantis cura. Dio. antrū ī Ida ubi
nutritus dī sacrū esse dicit: & prara circa illud manere intacta.

Neq; t. c. Erichthoniū dicit. Euripides dicit Vulcanū Miner Erichtho
uq; pulchritudie iductū: peciisse ab ea ut sibi nuberet neq; impe
trasse. Et cōpisse Mineruā se occultare ī eo loco q; ppter Vul/
cani amorē Ephestius ē appellatus. q; psecutā Vulcani: cōepit
ei vim afferre & cū plenus cupiditatis ad eā ut cōplexui se appli
caret: repulsus effudit ī terrā uoluptatē. Minerua pudōr pmo
ta pede puluerē semini Vulcanio iniecit: ex hoc nascitur serps
Erichthōius gex diffenciōe & terra nomē possedit ἐπις ei lis
Χθροπος. i. terre dī: q̄si ex lite & terra genitus. Eū serpentē Mi
nerua ī cistella quadā ut Mysticū qd cōtectum ad Erechthei fi
lias detulit: & his seruandū dedit: impans ne cistulas apirent.

Hę at (ut est natura hoīm cupida: ut eō magis appetāt q̄ inter
dicatur) sepius ygines cistellā apicē anguē viderūt. Quo scō
infantia a Minerua iniecta de arce Atheniē se p̄cipitauerūt. An
guis at ad Mineruē dypeū cōfugit. Alij Erichthoniū anguina
tm̄ crura habuisse dicit: & primū inter hoīes eqs & quadrigas
iunxisse: quē Iupiter admiratus iter astra cōstituit q; & Hemio
chus dī auctor Hyginus. Poeta ergo dicit. Nec erat fama Ce
cropias sorores. i. Atheniē filias Erechthei pascere Vulcania
furta: adulteria tecta canistris: ip̄m. f. Erichthoniū. Cecrops
Strabo. primus Athenā; cōditor ut est apud Strabonē. vñ Cecropiē.
i. Atheniē sorores dicit.

Sed faustos venisse dies: sperataq; multum
Tempora: quæ Vates / quæ prædixere Sybyllæ
Tempore, voce, loco varijs: at sensibus iisdem

PARTHENICES

PRIMAE

Floribus : Autūnum pomis & frugibus implet
Chasmataq; & terramotus : ventosq; sonātes
Imbriferasq; facit nubes : fulmenq; per ipsa
Nubila contorquens violentos excutit ignes.
Ille fretum leuat : ille premit : vitæq; necisq;
Lora tenens : Superis leges imponit & Orco

Ille f. p. T. in. Vir. Cædidus auratis apic cū cornibus annū.

Virgil.

Et Titanis .i. solis equos ad aquatica brachia Cancrī flectit.

Planeta

Cancer signū est tropicum: & ar. sub Virg. tēporat aestum .
Atq; .i. ser. vices va. sid. i. Planetas . & πρὸ τῆς πλάγης id
est ab errore. Vnde erraticos Aristotelis interpres dicunt.

Chiro. tor. ge. i. Sagittariū hęc signa Hyēalia sunt. Chasma
taq; χάσμα .i. Hyatus. Pli. fit & ipsius cœli Hiatus quē chas-
mara vocant.

Tu sceptrum mortale geris : te serica nondum
Regna : nec Eoæ nouerunt littora terræ :
Nec Scythiæ glaciale fretum : necq; conscia Nili
Principio tellus : nec inhospita rura Syenes :
Parua breui te Roma sinu concludit : & audes
Te superis æquare : viamq; ad sidera tentans
Tendis ad obscuræ pallencia flumina Læthes .
pone precor Cæsar fastus Auguste superbos :
Teq; licet tractes vastæ telluris habenas :
Esse sub immenso positum reminiscere summi
Principis imperio : cui rerum æterna potestas .
Hæc ait : & patrios pecijt sic fata Penates .

Seres

Tu sceptrū o Auguste tu geris mortale sceptrū . te serica
nondū regna. Primi hoīm q noscūtur ab oriēte sunt Seres: lanī
ficio siluag: nobiles p̄sūsam aqua depectētes frondiū caniciem
Vñ geminus forminis nostris labor redordīēdi fila: rursumq;
ostēdi tā multiplici ope: tā longinquo orbe perito: ut in publi
co matrona trāsluceat Pli. lib. vi. Vñ Sericū dicimus : Sūt autē
Seres Scythē ultra Imaū Indis cōtermini auctore Ptolomeo.

Nec Eoæ no. littora terre. hoc est Indi. Hęc Scythiē gl. fre.
populi septētrionales Sarmatę. Neq; conscia Nili. habitātes ad

Plinius
Ptolome:

meridiē. Echiope. nec in hosp. rur. Syenes. Poeta alludit ad hi
 storiā : ut enim Florus scribit . Augustus impabat omnibus
 ad occasum gētibus & meridiē : pacatis : ad septētrionē itra Rhe
 num & Danubiū : Intra Eurē & Euphratē in oriēte. Nili quoq;
 reliq; imunes imperij erāt : fenciebāt tñ reuerēbaturq; magnitu
 dinē imperij Romāi . Nā & Scythē misere legatos & Sarmatē
 amīciciā petētes . Seres quoq; & Indi cum gēmis & margaritis
 elephātes quoq; iter mūnera trahētes nihil magis quā lōgin/
 quitatē vie imputabāt quadriēniū expleuerāt : & tñ ipse hoīm
 color ab alio venire solo fatebatur . Parthi quoq; q̄si victoriā
 poeniteret : rapta clade Crassiana : ultro signa retulere . Sic ubiq;
 cuncta atq; cōtinua totius generis humani : aut pax fuit aut pa
 ctio . Hęc Florus idem Strabo in fine libri sui . Gentes ergo hic
 nominate nondum victe fuere a Romanis ut Poeta uult .

Strabo

Parthi.

Iam Pueri iuxta mores : legemq; paternam
 Nomen : & Indigenæ dederant insignia gentis :
 Membraq; pertulerant cultros recucita cruētos :

Herodot.
Diodor.

Persius

Iam puero iuxta mores legēq; paternā . Mosaicā . Et Indi
 genē . i . Iudei nā gentes alienigenas vocāt . insignia gētis . i . cir
 cūcisionē : quæ tamē & Aegyptiis & Colchicis cōis fuit ut He/
 rodotus Diodorusq; scribunt . Mem . q; ptu . re . cru . cul . A cir
 cūcisa carne penis Iudei Recutiti appellantur unde recutita mē
 bra Persius Labra moues tacitus recutitaq; sabbata palles .

Recutiti

Quom nouus Eoo criniti sideris ardor
 Mouit ab orbe Magos : qui v̄ quia forsitā astrū
 Ante diem partus multo videre : vel ipsa
 Quod iumenta magis cursu venere citato .
 Immensum paucis iter exegere diebus
 Herodis monitu : postq; monstrata Tonantis
 Tecta subingressi : Pueri tria dona dederet
 Ad persas aliud per iter rediere colonos .

Plinius

Quom nouus . Plī . inter stellas repēte natas ponit crinita si
 dera : quę Gręci Cometas vocāt horrentes crine sanguineo : &
 coma; mō in vertice hispida . Alias sunt Pogonię : Aconcię :
 & xiphie a varijs figuris . Plī . lib . ij . Magi apud Persas hi sunt
 qui apud Gręcos Philosophi : Apud Babilonios & Assyrios
 Chaldei : apud Indos Gīmnosophistę : apud Celtas seu Gallos

Cometę
Magi

PARTHENICES PRIMAE

Dryide. Diogenes au Apuleius Magū sacerdotē vocari dicit. Diogenes Apuleius

Purifica.
Partheni-
ces & Pue-
ri Præsen-
tatio in tē-
plum.

Amq; quater decies croceos titonia cōiūx

Extulerat vultus : postq; Lucina beatos

Miserat in lucem coelestia semina partus .

Cepheus occiderat : iam Sol lustrabat aquari

Vicinas Aquilæ partes : Verisq; redibat

Temperies : zephyros pulsis aquilonibus Atlas

Soluere tentabat : cœliq; aperire decorem.

Regia post partum Virgo : quæ limina nunq;

Liquerat : & breuibus tectis abscondita : nondū

Venerat ad Solymas arces : altamq; Sionem :

Preuigil ante diem peçit cum Prole Viroq;

Et cum pauperibus donis Salomonā templa.

Iamq; q. Describit tps ex astroꝝ racione q̄ Diua Parthenice

ce Dñm in tēplo presentauit iuxta Legē: quæ voluit mulierem

post editū marē xl. dies i edibus cōtineri. Ticho. cō. Au. Tī

thonus Laomedōtis filius & Priami frat Homero teste: ab Au

rora raptus ex ea filiū genuit Mēnonē q̄ in bello Troiano ab

Achille occisus fuit. Tichonus lōga etate i Cicadā vtitur Dio

dorus. Tithonū ex Ida Memnonē genuisse scribit. Aeschylus

matrē Mēnonis Cassiā dicit auctore Strabone: a q̄ & scribitur

Tithonū Sufa in Perside cōdidisse. Postq; L. Macrobius Iu

nonē & Dianā & Lunā eandē esse scribit. Vñ & Lucina p̄ eisde

ponitur. Df̄ at Lucina Plin. auctore a luo Romę Varro Iuno

Lucina d̄r. quod e terra ut Phisici dicūt lucet : vel qa cōceptui

lucē p̄bet Qui. i. Fastis. Gr̄a Lucinē dedit tibi noīa Lucus: Vel

qa p̄icipiū tu Dea lucis habes. Pariētibus p̄esse d̄r. Vñ Poeta

dicit Lucina beatos ptus i lucē Miserat. cœle. se. appositue spū

etenī sc̄tō fecunda fuit Parthenice. Ce. oc. Andromede p̄ stel

lificatus: a tergo mīoris arcti cōstitutus: icluditur arctico cir-

culo a pedibus ad pectus ut p̄ter humeros & caput eius nihil

occidere videatur. Huius caput scorpionē exorto occidere: cū fa

gittario exoriri videtur auctore Higinio. Iā. Clu. aq̄ Sole in

Aquario exñte lustrare d̄r vicinas ptes Aqlę. Exoritur enī A-

quila cū Capricorno. succedit at Aquarius Capricorno signo

rū ordine. Ve. q. r. tēp. Atlas mons in occidēte tētabat soluere

Zephyros. Pulsis aq. i pulso frigore Hyemis.

Regia post partū Virgo. Delignat Virginē post diem qua

Tithonuf
Memnon

Sufa
Lucina

Cepheus.
andrōeda

Diodor.

Strago
Macrobi.
Plinius
Varro
Ouidius

Hyginuf

LIBER II. FOL. XCVIII.

dragesimam Fuetum in templum presentasse.
 Munus erat veteri gentis de more pudicæ
 Turturis: aut paphiæ duo pignora parua colūbe
 Ista Sacerdoti Solymæ paupercula matres
 Munera pro natis deferre in templa solebant
 Luce quaterdecia. minor hæc tamē hostia maior
 Agnus erat: Lex ipsa noui post tempora partus
 Ante martales thalamos intrare negabat.

Hierony-
 mus

Munus erat. Legis munus designat: quod solebāt m̄ses ferre in tēplū post prum. Scribitur etenī a Diuo Hieronymo ī Leuitico: quod post expletos dies purificaciōis sue: pro filio siue filia deferre debet agnū anniculū in holocaustū: & pullū columbæ siue turturē pro peccato. Quod si nō inuenerit manus eius nec potuerit inuenire agnū: sumet duos turtures: vel duos pullos colūbarum unū in holocaustū: & alterū pro peccato. Ora bitq; pro ea sacerdos: & sic mūdabitur. Quāuis autē Parthenice mundissima: ecīā sine labe Originalis culpe ut supra Poeta cecinit: & plentus a Iacobo Vimphelingio Sletstatē carmine perscriptū est: purificari nō eguit: humilitate tñ ne legē spernere videretur paupcule munera obrulit.

Strabo
 Virgil

Aut Pa. Ciuitates Cypri insulę sunt Paphos & Palepaphos
 i. antiq; Paphos: quę antiquū Veneris Paphię templū habet. Paphus ab Agapenore cōdita: quę portū habet. & tēpla optie stru-
 cta: ea pedestri itinere distat a Palepapho stadijs. lx. Strabo. Sūt aut Colūbe veneris aues Vir. Vix ea fatus erat gemiē cū forte colūbe Ipsa sub ora Viri ccelo venire volātes: Et viridi sedeē solo: tū maximus Heros Maternas agnouit aues. i. Veneras.
 Tum meritis longoq; senex venerabilis æuo/
 Et claro Simeon vultu / niueaq; decorus
 Canicie: plusq; grauitas anniq; sinebant:
 Sollicito gressu celsam properabat in Aedem.
 Sanctus enī / qui munda solet per pectora labi
 Spiritus incessu celeri Simeona ferebat:
 Vt voti fieret compos Matricq; futuros
 Euentus rerum caneret: fauosq; dolores:
 Ne collata sibi forsan mysteria voluens,

Cyprus
 Paphus

PARTHENICES PRIMAE

Efflueret fastu pectus muliebri superbo,
 Hunc Deus assiduis orantem fletibus olim
 Audierat tãdem & noctis responsa per umbram
 Tradiderat: non ante sui ventura sepulchri
 Funera, quam fracto Deus illucesceret orbi:
 Inciperentq; nouæ noua sæcula currere gentis.
 Hic igitur dulcem materno a pectore Natum
 Accipiens lætis animis: & fronte serena
 Dulce Deo carmen: meritalq; exsoluere grates
 Cœpit: & ex alto missam clamabat Olympo
 Progeniem: & priscae venisse piacula culpæ:
 Et sic fatidicis soluit sua vocibus ora.

Canticum
 Nunc di-
 mittis.

Iam mea sancte Pater fueras velut ante locutus:
 Ultima pacifico concludis tempora fine:
 Namq; salutarem partum tua maxima dona
 Vidimus his oculis: his sustentauimus ulnis,
 Immensam referas lucem: populicq; sub ora
 Mittis: ut omnigenas cœlesti lumine gentes
 Clarificet crescatq; tuæ noua gloria plæbi.

Tu. m. l. Rñsum accepit Simeõ a sp̃scõ: ñ visus: se mortẽ do
 nec videret xpm dñi. Tua. m. d. appositivæ. Iã mea sancte pa-
 ter. Canticũ Nunc dimittis ser. tuũ dñe.

Tum Matri conuersus ait: tua pectora Virgo
 Langor; & ingenti dolor implacabilis ictu
 Striget: agens altũ mœsta in præcordia vulnus
 Tu genitum flebis plusquam fleuere sorores
 Heliades Fratrem: plusquã vaga luxit Osirim
 Vxor; & Andrõache paruũ Astyanacta: Ceresq;
 Progeniẽ a nigro raptam Plutone sub umbras.

Tum Ma. con. ait: ut est in Euãgelio. Et tuã ipsius aĩam ptrã-
 ibit gladius. Occasione cuius enumerat gẽtiles: qbus p̃cipuus
 Heliades. Heliades Phaetõtis sorores: filij Sol & Clymenes

- Ouidius. eum fleuisse dicit Ouidius: & in Populos muratos. Harum la-
 chrymas Electrū dici volunt: Verū non ex Eridano in quem
 tu temrre qui factus in passione legitur designat.
 Alpes. p. mōtibus ponit: proprie autē Alpes mōtes sūt Ita /

Strabo
Plinius

Iam a Germanis & Gallis sepantes: ut est apud Strabonē Plī.
& alios geographos. Terrifico strep. sono Babilonij motus
terre hiatusq; & cetera omnia Vi syderū existimant fieri: Sed
illorum trium quibus fulmina assignāt Iouis Saturni & Mar
tis. Plī. auctore Aristoteles alias assignat causas.

Plinius

Tirania lampas Occidit. defectiōē solis dicit miraculosam
quoniā sol tum lunę e regione stetit: fit autem eclipsis natura /
lis solis tantū in coitu luminū: hoc est in interlunio: quā vul
gus coniunctiōē dicit. Astra solem, omnia elementa cōpaly
sionem cum creatore habuerunt.

Ipsa repentinos Naturam miratam scribit. Historia id attri
buit Dionysio Areopagite.

Signa dedit tellus: utinā bene vertat: & astra.

Hęc ait: attonitę cęca caligine gentes

Merfa sub æternam timuerunt secula noctem.

Signa dedit tellus. Portentiū non solum quod portēdat: sed

Portentiū.
Prodigium

quod iam apporet & faciat. Prodigium autē semp pessimum

Virgil

est: dictū quasi porro adigendū Virg. in secūdo. Sola nouum

dictūq; uephas Harpyia Celeno Prodigium canit & tristes denū
ciat iras. Omen: votum est mētis & vocis. Vnde sacrificiis

Omen.

Marcellus

dicitur bona habere omina: id est ut circumstantes & bona mē
te velint: & recta oribus proferant auctor Marcellus.

Signa. d. t. (utinā bene vertat) & astra: id est stelle signa de
dere: utinam sint prospera.

Fletibus his aderat Iuuenis: qui sponte relicta

Coniuge dilecto voluit comes ire Magistro:

Hunc igitur cum iam traheret suspiria Christus

Ultima: & urgeret supremus anhelitus ora:

Singultire videns fleuit: paulumq; leuatis

Luminibus / Comitū dixit charissime salue:

Quem neq; blandicijs potuit mollire voluptas

Non terrere minę: non inclinare labores.

Nunc habeo grates: referamq; fideliter olim:

Quod mea prætuleris viridi conforcia vitę

Solus: & in casū comes es mihi solus acerbo.

Morte premor: dare postremis mādata loquelis

R ij

PARTHENICES PRIMAE

Pauca sinor : fuit hæc : licuit dum viuere nobis
 Sed posthac tibi Mater erit tibi namq; relinquo
 Et curam & nomen Nati : seruabis amorem
 In matrem Sobrine meum : possessor & hæres
 Ipse meæ pietatis eris : per faucia testor
 Brachia : per plantas : capitiscq; asperrima ferta
 Huic miseræ fer opẽ Viduæ, mox frõte parũper
 In Mariam versa : tua sint hæc pignora dixit :
 Hic Mulier tibi Natus erit : solabitur ægram :
 Atq; operam rebus dabit officiosus agendis.
 Viue : nec aduersos inter te desere casus :

Nec fugias mala nec quæras : veniẽcia ferto

Fletibus his ad. Iuuenis qui sponte relicta Cõiuge. Dicunt
 Ioannẽ hunc fuisse spõsum: in cuius nupcijs Iesus aquã vertit
 in vinũ: ad hoc alludit Poeta: cui Matrẽ cõmendauit Dñs i cru
 ce. Nec fugias ma. nec quæras. veniẽcia ferto. Horacius. Tu
 ne quæseris scire nephas quẽ mihi quẽ tibi finem Dij dederint
 Leucothoe nec Babylonios Tentaris numeros.

Horacius

Sic fatus posuit faciem de fronte loquentis :
 Pallida confusus lachrymis cruor ibat in ora.
 Talibus admonuit Matrẽ sine nomine Matris:
 Ne materna pium laniaret viscera nomen.

Sic fatus posuit fa. de frõte loq. Pallida confusus lachrymis
 cr. ibat in ora Talibus admo. m. sine no. mat. Alludit ad hoc
 qd dixit Iesus Matrẽ. Mulier ecce filius tuus: & nõ dixit Ma:
 ne p nomẽ maternũ viscera nõperentur virginis Marię.

Suscepit Iuuenis grate : Matremq; Amitamq; :
 Et satis officio fecit Nati atq; Nepotis:
 Donec perfidiæ crescens audacia passim
 Castra Dei genus electum peregrina coegit
 Littora : & ignoti noua regna inuisere mundi :
 Tũc omnes Patriã & Solymos liquere Penates
 Morte : vel exilio pulsi, robusta diserti

Tum Stephani pietas inter volitancia saxa
Emicuit: templi præceps Iacobus ab alto
Culmine deiectus fractis ad marmora membris
Testis / & exemplum fidei immortale reluxit.

Suscepit Iuuenis grate benigne: Matræq; testamento Iesu.
Amitæq; natura fuit eni sororis Marię filius: vnde supra So-
brinum dixit: id est Consobrinum: quasi Conforinum: gra-
dus enim agnacionis sic se habent ut Matris sororem Mater-
teram vocemus: quasi alteram Matrem: Sororem vero patrię
Amitam. Ponit igitur Amitam pro Matertera.

Amita.
Sobrinus
Matertera

Et satis officio virtuti fecit Nati filij: atq; Nepotis. ex foro
re enim nepos fuit Marię.

Donec perfidię crescens audacia. id est temeritas perfidosq;
Iudeorum Christi Discipulos persequendum. Castra Dei: id
est exercitum dei coegit inuisere peregrina Littora & noua re-
gna ignoti mundi. Tunc oēs Discipuli. Diuisionē Apосто-
lor; significat. p. & so. liq. Pena. Morte vel ex. Iacobū fratrem Io-
annis Herodes gladio percussit. Fuit uultū hic Herodes Agrippa
cognominatus filius Aristoboli: filij magni & nequissimi He-
rodas: de quo supra retulimus: fuit autē familiaritate & amici-
cia deuinctus Druso Tiberij Cæsa. filio: quo mortuo Tyberius
eū carceri mācipauit. a quo carcere liberatur p Caium Ger-
manici filium: qui & ei tetrarchiā Philippi: q̄ erat Iturę & Tra-
chonitidis regionis: & tetrarchiam Lyſanię qui erat tetrarcha
Abilene cōtulit: Regēq; designauit diademate ei imposito. Iose-
phus auctor. Meminit filij huius Agrippę. Iuuenal. Dedit hūc
Agrippa sorori. Obseruāt ubi festa mero pede sabbata Reges.
Et vetus indulget lenibus clemēcia porcis. Robusta disertū
Stephani pietas. primus Martir p Christi noīe Iacobus cog-
nomento minor.

Herodes
Agrippa

Iturę

Abilena

Iosephus
Iuuenalis

Post longos tandē gemitus post funera Natū
Prima resurgētē vidit: nam conscius ipse
Materni mœroris: Auos ubi traxit ab orco:

Post lon. tan. ge. Parthenicen primū vidisse Filiū a morte re-
surgētē designat: quāuis historia euāgelica id nō habeat: ve-
ro in simillimū est: pietatisq; singulare officiū. Auos ubi tra-
xit ab orco id est inferis Orcus huius dicitur esse apud infe-
ros dictus ab urgendo ut Pompeius uult. Alij ab ὄρκο id est

Orcus.

Pompeius

R iij

PARTHENICES

PRIMAE

iuramento dicunt: eo quod per illum hoc est stygem paludem
a q̄ defluit Dij iurare solebāt: ut est apd' Ho. nec peierare licebat Homertus

Resurrectio
onis dom
icæ appic
to: primū
facta Mar
ri Mariæ.

Mane sub Auroram ingenti cum luce Parentis
Tecta subingrediens: quid tot singulibus inqt
Chara Parens: quid te fletu consumis acerbo?
En tua Progenies adsum: mecumq; Nepotis
Vmbra tui: cognosce manus veterēq; figuram
Oris: & ista tuis mea membra simillima mēbris.
Cur tantos nostro sparsisti in funere planctus?
Ipse tuas grauius voces animiq; dolorem
Quā tormenta tuli: sed iam aspera cūcta pegi:
Nil superest mortale in me: nil triste relictum.
Vicimus infernos: gentemq; subegimus atram
Pone metus curasq; Parens: hilariq; beatum
Fronte diem celebra: paruo post tempore mecū
Immortalis eris: sceptrumq; tenebis Olympi:
Mane sub aurorā. ing. c. l. p. Te. subing. Alloquitur matrē. qd
tot singulibus inqt Chara parēs: qd. r. fl. cō. acerbo. i. tristi.
En tua pro. ad. m. q. ne. um. tui. Ioānis Baptiste dicit autem
vmbra: qm̄ corpus eius aīe vnitū nōd ū erat.
Cognosce manus: veterēq; figurā. Ad Iesum refer qui cum
corpe & anima surrexit.
Sic fatus subito tenues discessit in auras.
Hoc viso rediere animi: viresq; resumpsit
Parthenice amissis: per eburnea mēbra cucurrit
Purpureus color: & formæ reuocauit honorem
Sic fatus subito: te dis. in auras. Hoc visu red. ani. viresq; re/
sumpsit Parth. p. eburnea id est alba. Purpureus color sangui
neus: & for. re. honorē. pristinū decus formę: quod ob merorē
& lachrymas palluerat.
Sicut cum rapido noua gramina perculit æstu
Phebus: & egregium calor abstulit oris honorē
Si nouus humenti labatur ab aere nimbus:
Et scatebris riget omne solū vetus intrat i herbas

LIBER III FO. CXIII.
Robur: & agrorum redit instaurata venustas:

Sicut cum ra. per compacionē sicut Phœbus. i. sol cum rapido æstu perculit: percussit urēdo no. gra. & calor abstulit egre. honorem oris: aspectus. Si nouus nimbus: Imber: labatur ab humenti aere: & omne solum riget scatebris. pro fontibus: ga scatent: vetus Robur intrat in herbas: & venustas pulchritudo ag. instaurata redit. i. reuertitur.

Narcissi caput extollunt: Peneia ridet
Laurus: & exultant hilares per rura Napeæ.

- Plinius Narcissi caput extollunt. Narcissi meminit Pli lib. xxi. in ter lilia dicens. Sunt & purpurea lilia: aliquādo gemino caule: carnosiflore tm radice: maiorisq; bulbi sed unius Narcissum vocant huius alterū genus: flore candido calice purpureo. Differeñcia lilijs est & hæc quod Narcissis folia in radice sunt probatissimi in Lyciē montibus. Tercio generi cetera eadem Calix herbaceus. In hunc florē Qui. in secūdo metha. mutatū scribit Ouidius. Narcissum Cephisi fluminis & Lyriope nymphe filium. Fuit & Narcissus ex libertis Claudij impatoris ditissimus cuius minerunt. Tranquillus. Tacitus & Iuuenalis. illo auctore in Tacitus. perfecta est Messalina Claudij uxor: ut Cornelius scribit. Iuuenalis Peneia ridet Laurus. Alludit ad fabulā qua Daphne filia Penei Thessalici fluij amata a Phœbo in Laurū mutata fuisse perhibetur. exultant hilares per rura Napeæ. Nymphę quę floribus & virgultis presunt. intelligit igitur Virgulta & flores per Napeas. Dryades quercubus. Oreades montibus delectantur Lactancius Lactancius grāmaticus in quarto Thebaidos.

Ipsa aderat cum nube Deus circūdatu alba /
luit in ætheriam Socijs mirantibus arcem:

- Lucas: Ipsa aderat: quom nub. d. circūdatu alba luit in aeth. Ascensionem Dñi in cœlum dicit ipsa presente factā socijs. id est discipulis mirantibus: Vnde Lucas scribit. Viri Galilei quid aspicitis in cœlum: hic Iesus qui a vobis assumptus est sic venit: tanquā admirān introducens Apostolos suspicientes in cœlum post Dñi Ascensionē.

Et cum flammiferæ venit sub imagine linguae
Spiritus: ingenti resonans per tecta fragore:

- Lucas Et cum flāmi ferę venit sub imag. lingue Spi. ingē. per. t. fragore Lucas factus est repente de cœlo sonus: tanquā adueniēti

Narcissus

Daphne
Ascensio
Domini

Spūs sancti m. sio

PARTHENCES

PRIMAE

spiritus vehementis: & repleuit tota domū ubi erant seden. & apparuerunt illis dispartitę lingue tanquā ignis. Vnde Poeta dicit Flammi ferę lingue.

Diuisio a postolor

Tum noua pacifere fidei mandata ferentes

Discipuli / Solymis orbem inualere relictis

Tum noua pacifere fidei mandata feren. Discipuli soly. orbē iua. relict. Duodecimo anno post Dñi passionē: Discipuli Hierosolymis relictis Iudaicę Gente ad Gencū populos transf. migrarunt ut Eusebius testatur.

Eusebius

Tempore nāq; illo vires atq; arma Quiritum

Humanum vicere genus: sed inermia Christi

Castra Deos: veteres ausus imitata Gigantum,

Tēpore nāq; illo vir atq; ar. Quiritū. i. Roma. Quirites dicti sunt Romani a Quirino: Romulus dictus ē Quirinus ab hasta: quā Sabini Curim dicūt: Quidā a Curibus urbe sabi / norū. auctor Festus. Humanū vicere ge. sed iner. Ca. Christi vicere deos: imitata ve. au. i. tentatus. Gigantū. Hoc est: sicut olim Gigañ voluerunt expugnare cœlum & pellere Deos: Sic nūc Discipuli Christi cultū Idolorū inermi manu: expellere an nisi sunt. Gigantū fabula est apud Ouid.

Festus

Gigantes
Iliis

Diodorus scribit Iliis tēpore vasto fuisse corpore homines quos Gigātes Græci dixerunt sacerdotes Aegyptij monstra quedā: ab Osiride postmodū deuictos. Sunt q hos existiment de terra genitos: recēti adhuc prima generatione animantium Alij robore corpis validiores: cū multa p̄clara edidissent opa: Gigantū nomē casu sortitos affirmāt. Multi existimāt: cū Ioui Osiridq; Dīs bellū intulissent pemptos fuisse. Alij ob hanc cām a Ioue in Gigātes animaduersum dicūt: quod magnitudi ne ac robore corpis cōfisi: aduersq; legibus & multa egerint i hoies iniusta: & ppinquas gētes in seruitutē redegerit: bellū q; his intulerint: q ob singularia in hoēs beneficia Dei sint exstimati: Sed & alios quoq; Dīs p̄sidiū belli tulisse aduersus Gigātes cōstat: Macedones quidē circa Palenē: Italos in cāpo quē olim a loci conflagratione Phlegreū: postmodū Cymeū cognominarūt. Diodorus auctor. Hæc ideo retuli: quoniam apud Poetas varijs in locis bella Gigantū gesta referuntur.

diodorus

In uidua deserta domo rerum indiga Virgo
Coniuge defuncto: Natoq; in regna recepto:

Ducebat tristi vitam mœrore iacentem.

Inuidua deser. do. re. indi. Vir. Sacratissime Virgîs humi-
lè iopèq; vitâ post aploz migrationē: naticq; ascensionē designat
lam charas olim comites Martham atq; Sororē
Eurus ad occiduū tulerat sine remige littus.

Iam cha. olim co. Mar. atq; foro. Magdalenā. Eurus ad oc-
tulerat sine remige littus. Dicunt Ecclesiasticè Lazari Martham
& Magdalenā a Iudeis nauî inclusos sine remige: & in mare ex-
positos: auxilio diuino venisse in Gallias ad Massiliā ciuitatē:
ibiq; diuini verbi femina Gallicę genti sparsisse. Recte igitur
Poeta Euro v̄eto orientali a p̄tibus Syrię eos venisse sine remi-
ge ad occiduū littus: Massilię. Phocensiu vero edificiu est Mas-
silia: petroso in loco sita. Cui quidē portus subiacet saxū vide-
licet in theatri forma: ad austrū spectās. auctor Strabo.

Massilia

Strabo

Propterea amissi quærens solacia Nati:
Palladiæ collem dederant cui nomina syluæ
Et loca: quæ curare magis quondā ille solebat:
Assidue tamq; Prolem visura petebat.

Propterea amissi. q. so. Nati Palladię col. i. montē Oliueti.
dederant cui no. syluę. Palladię. i. Oliuę. Olea enim Palladi sa-
era est. Assidue petebat: & loca: quæ ille. Natus. sole. q. magis
curare in quibus diuersari solitus fuit.

Impaciens amor est: maioraq; viribus audet,
Seq; reperiturum credit quæ ardencius optat.
Inter Cæsareas arces: Tiriosq; colonos:

Impaciens amor est: causam cur ea loca inuiseret amorem di-
cit. maio. q. viribus audet. Seque reperiturum credit quæ ar-
oprat. Inter cæteros locos montem Carmelū a Parthenice visi-
tatum describit: occasione cuius & montis situm tum religio-
nis in eo monte ortum meminit: a qua religiōe ceteros sua in-
stituta mutuasse designat. Dicit itaq; Seq; reperiturum cre-
dit quæ ar. oprat. Et noli legere repturā fœminino genere. nā
ita dictū est: ut illud Ciceronis. Hæc sibi rē presidio sperat futu-
rū. Nā futurū: nō referrur ad rem: sicut legētib; temere & in-
curiose videtur: neq; pro participio positum est: sed verbū est
indefinitum: quod græci appellant ἀπορέμφοτον neq; nu-
meris: neq; generibus p̄seruiēs: sed liberę v̄ndiq; & ipromiscuū

Cicero.

PARTHENICES PRIMAE

Quali. C. Gracchus verbo usus est in oratione cuius titulus est. de. Q. Popilio circū conciliabula. Credo ego inimicos meos hoc dicturū Aulus Gellius auctor.

Aca.
Carmelus

Inter Cæsareas arces. Strabo dicit post Acaem est Stratonis turris: quæ stationē habet: inter has est Carmelus mons: & præter oppidorū nomina nihil aliud: ut Sycaminoꝝ ciuitas & bulcorum & Crocodeloꝝ ciuitas & hmōi alia. Ptolemeus turrim Stratonis Cæsareā Stratonis dicit. Aca autem Ptolemais dicitur Claudij Cæsaris colonia. vnde Poeta dicit. Tyrios colonos: non intelligo igitur Tyrū dici: sed Ptolemaidē. Plin. i mōte quondā Echarana oppidū: riuus Pagida siue Belus vitri feritiles harenas paruo littori miscens: ipse e palude Cendeuia a radicibus Carmeli profluit. Iuxta colonia Claudij Cæsaris Ptolemais quæ quondā Aca.

Gellius
Strabo
Ptoleme:
Plinius

Echarana.

Et vada Iordanis frontem Carmelus in auras
Tollit: & assiduos latices in vertice sumō

Iordanis.

Et vada Iordanis. Iordanis amnis oritur e fonte Paneade cognomē dedit Cæsareꝝ: amnis amoenus: & quatinus locos situs patitur ambiciosus accolisq; se prebens velut iuitus. Asphaltidē lacū dis: natura petit: a quo postremo ebibit: aquasq; laudatas perdit pestilentibus mixtas. Plin.

Idem:

Frontē Carme. in auras. Versus Iordanē in orientem: habet etenim ab occasu Syriacū mare.

Et assiduos latices: id est aquas in vert. s. pturiens. Sylvas salientibus irrigat undis. Poeta nō solū sylvas Carmeli intelligere videtur: sed & respicere ad Strabonē. Post Carmelū esse ingentem syluā. Postea Iope scribit.

Strabo

Parturiens Sylvas salientibus irrigat undis:

Atq; supercilio sensim demissus ab alto

Vltima Carpathium vestigia mittit in æquor:

Abluiturq; fretis Paphic: quibus insula diues

Cingitur: & Pharios videt alto a culmie fluctus

Atq; supercilio qui sensim demissus ab alto. Vltima vestigia mittit in Carpathiū æquor. Strabo. Icario mari Carpathiū cōiungitur ex pte Austri. Huic at Aegyptiū: Ab occasu at Creticū & Africanū. Ab. q. s. P. Cypri. Mar cōprehensum ex Aegypto & Phœnicia & Syria & reliq; ora: usq; i tñsmarinā rhodi rēgionē cōpositū ē ex Aegypcio pelago & Paphylia: & eo quod Issico

Strabo

sinui proximū est in hoc Cyprus iacet: e regione in Syria Car- Cyprus
melus mons: abluitur itaq; his fretis qbus Cyprus insula Cin-
gitur quæ a Papho ciuitate Paphia dicitur.

Et Pha. videat al. a cul. fluctus. Pharios. i. Aegyptios a Phao.

Mons Patræ pietate sacer: lateq; priorum.

Indytus hospicio Vatum: nam dicitur illinc

Discipulo ambustam iaciens ex aere vestem

Helias ardenti cœlum percussisse volatu.

Illinc perpetuis / ceu missi e fontibus amnes

Relligio: & sacri fluxit reuerencia cultus.

Quicquid habent alij montes pietatis ab isto

Ducitur: hac una plures e vite racemi

Diffusi late terras: atq; æquora complent

Hinc Cartusiæcis æterna silencia claustris:

Hinc varias Benedictus oues collegit: ab isto

Canabe nodosa tunicas arcere fluentes

Lignipedes didicere Viri: quicq; arua colebant

Inuia: & assiduo terras ardore calentes:

Mons. P. p. sacer propter Helizeū & Heliā corūq; discipulos.

Illinc perpetuis. Vult religionē ab his ortum habere.

Hinc Car. æterna silen. clau. utinā in foris silerent: ubi mag-
no strepitu ac clamore iudicū tribunalia vexant.

Hinc va. Bene. oues. Infœlix o semp ouis pectus.

Ab isto Canabe nodosa tunicas arcere fluentes Lignipedes
didi viri id est fratres. S. Francisci. Vtilissima funibus Cana-
bis seritur a Fauonio. Quo densior est eo tenerior. Ipsa cana-
bis vellitur post vindemiā: ac lucubratiōibus decorticata pur-
gatur Pli libro. xx.

Canabis.

Plinius

Quicq; ar. co. Inuia: & assiduo terras ar. calēt. ego intelligo
Paulū primū Eremitam: & Diuū Antonū reliquos Anacho-
ritas qui Scithin & Nitriam incoluerūt. Sunt autē hæ regio-
nes in Aegypto vicinæ Libyæ & Mœridis lacui. auctore Ptole-
meo. Ibi habitasse Patres scribit Io. Cassianus in suis Collatio-
nibus: stilo elegātissimo. Et assiduo t. ardo. propter vicinā
tem perusti cinguli.

Scithis
Nitria.

Ptoleme-
Io. Cassia-
nus.

Et quos Cyriacus de littore vexit Ibero:

PARTHENCES

PRIMAE

Hinc orti: sanctum & summo genus ethere dignum

Hinc nostri venere Patres: habitacula montis

Culmen adhuc seruat toto apparencia ponto.

al' mundo

Et quos Cyriacus. d. Ordine intelligo quem Cruciferorum dicunt. habuit enim institutorem Cyriacum Hierosolymorum Episcopum quem Iulianus Caesar cum fratribus occidit: defecit tunc religio usque ad tempus Innocentij quarti Pontificis: qui eundem ordinem quasi quodam postliminio reduxit.

Hinc nostri venere Patres: Carmelita a monte dicti. ha. mo/ tis Culmen. i. vertex adh. ser. to. ap. mun. Hyperbole.

Quae nostri posuere atavi modo possidet hostis

Barbarus: expulsae Solem peciere cadentem:

Arctosque domos: & gentis regna Latinae

Reliquiae antiqui generis / Vatuque propago:

Barbari

Quae nostri p. Atavi. mo. poss. ho. Bar. Saracenus. Amici Alexandri eum comonefaciebant: ut Graecis quidem sicut Amicis Barbaris autem sicut hostibus uteretur. Sacius haec virtute atque malicia diuidi. Copleus enim Graecos malos esse: & Barbaros urbanos auctore Strabone Latini propter Graecos & Latinos omnes homines Barbaros appellarunt. Christiani eos qui extra eam religionem sunt. Adde quod Strabo alio loco Barbaros dicit appellatos: qui difficulter aspere ac duriter loquerentur ut blesos Balbosque dicimus.

Strabo

Expulsa re. an. g. q. i. & ppago Vatu. pgenies pphetarum: expulsa a Carmelo monte. solē. p. c. id est occideris regionem: & regna Latinae gentis. Venerunt in Gallias Anno salutis. M. cc. lv. p. S. Ludovicum Francorum regem traducti. Arctosque. d. id est ad septentrionis regionem ὀρκτος Vrsa: inde Arctous deriuacio.

Arctous.

Quae ferrugineos humeris circumdat amictus

Veste subalbenti: nec sumit ab arte colorem.

Huc igitur si quando quies: vacuumque negoci

Tempus erat/ueniens curas lenibat: & ipsa

Maiestate loci large oblectata redibat.

Ferrugo

Quae ferrugineos. Virg. Et ferruginea subuectat corpora cymba. Color est subniger ferrugo Et tum caput obscura nitidum ferrugine textit. Marcellus; Ferrugineum colorem Ceruleum esse dicit. Virg. in tercio georg. Et ferrugineos Hyacinthos.

Virgil

Marcellus

Virgil

Veste subalbenti. i. chlamide. nec su. ab ar. colorē. cōtenti na
tuo colore.

Huc igitur si. q. quies. Vult Parthenicē sepius oblectatam
fuisse & loci amenitate. & cultu religionis.

Propterea montana Viri spelea colentes/
Audito illius fato sublime sacellum

Apricis posuere iugis primi: atq; quotannis
Sacra instaurātes. hymnos & thura ferebant.

Namq; ipsi sese. mox ut vulgata salutis
Fama fuit: Christi magis iunxere ministris
Fautores operis sancti: sociosq; laborum.

Propterea. dicit btissime ygini: audito eius fato. i. excessu:
Viros q; spelūcas Carmeli habitabant: tetricā ac sanctā illie vi
tam ducent. primū sacellū in Carmelo Virgini posuisse: quotan
nis sacra Hymnis & thure factitasse.

Apricis po. iu. id est cacuminibus iugū mōtis cacumē grece

Apricus componitur ab a & φριξ frigus: quali sine. **Apricus**

Festus.
Virgil

frigore. auctor Festus Virg. Mitis in apricis coquitur vinde/
mia faxis. Nāq; ipsi sese. Hoc ē Patres q; Carmelū incolebant
iunxerūt sese statim ministris magnis. i. Apostolis.

Propterea istorum longos seruata per annos
Posteritas iungit Mariæ cum nomine montis
Nomina Carmeli: iuueoq; insignis amictu
p̄petuū seruat priscae pietatis honorem.

Hos quoq; Virginei penes est reuerencia cultus
Precipua seruata fide: velut Herculis olim

Sacra Poticigenæ custodiuerunt nepotes.

Hoc Deus: hoc magnæ Petri qui præsidet aule

Pastor: & æternis orbem moderatur habenis

Sæpius accitis Patribus sacroq; senatu

Sanxit: & æra notis signata bifrontibus extant.

Propterea. ideo dicuntur fratres sancte Mariæ: Carmelitani.

Hos q. Vir. p. ve. Her. olim Potici. cust. o. sa. More Poeti
co cōfundit historiā: nā nō Potici custodiuerunt sacra hercul (d
domus Pinaria. Vir. Et domus Herculei custos Pinaria sacri.

Virgil

Pinarij
Poticij.

PARTHENICES PRIMAE

Veracius Pontificalis in libro quem fecit de supplicacōibus ait Pinarijs qui nouissimi cōmelo prādio venissent: tum iam manus praniores lauarent: praecepisse Herculē: ne quid postea ipsi aut progenies ipsorum ex decima gustarent sacrandā sibi: sed ministrandi tantūmodo causa non ad epulas conuenirent. au.ctor Macro. Satur. libro tercio. Poticia autem gens familia re sacerdotium habuit ad aram maximā Herculis ut est apud Liuium libro nono. Sicut igitur Poticijs praecepit sacerdotiū est Herculis: ita Parthenices obseruancia Carmelitis: ex mēte Poete.

Macrobi:

T. Liuius

Hoc deus hoc. Sancitū dicit hoc a Deo: & Pontificibus Romanis ut docent aera .i. plumbae bullae. sig. bifront. p. & p. Pastor in Antiochi celebres Ignacius agros Venerat: & sacros Petri sortitus honores Sancta per Assyrios pascebat ouilia campos: Ille super mira nascentis origine Christi: Et teneri studijs aui: vitæq; prioris Moribus ad Matrem dedit: accepitq; tabellas His adeo incaluit Patriae celestis amore / Obuius ut fatis ultro progressus in ipsos Se tulerit Traiani enses: & in ora leonum: Quin & defuncti scrutatus corda satelles: Auratis inscriptis notis inuenit Iesu Nomina: sic grauibus dictis / sua suq; potenti Intima Discipuli penetrarat pectora Virgo. Ac si quis Partho missurus spicula cornu Cuspidis aerae trahat: impellatq; sagittam.

Ignacius. Pastor in Antiochi Ignacius Episcopus Antiochie in Syria: quae olim Reblata: litteras ad Mariā dedisse rursusq; ab ipsa recepisse perhibetur. hunc Petro successisse legimus. Tabellas epistolas super mira or. nascent. Christi.

Antiochia celebres agros: non intellige conditam Anthiochiam ab Antiocho Nam Strabone Appianoq; testibus a Seleuco Nicatorē condita fuit. Insigniores enī urbes Syriae enūmerans: & si plures sint: maximē tamen quatuor sunt. Antiochia apud Daphnem: & Seleucia in Pieria: & Apamia: & Lao-

antiochia
Seleucia
Apamia
Laodocia

Strabo
Apianus:

LIBER . III FOL. CXVII

dicia. Eas Seleucus Nicator condidit. Maxima ab eius patre dicta est. Munitissima ab eo: Apamia ab eius uxore: Laodicia a matre. Sancta per Assyrios: id est Syrios. promiscue dicitur a Poeta.

Iste sup. m. n. or. ch. De infancia Saluatoris uult eum tabellas id est epistolas accepisse.

Obuius ut fatis. Sub Traiano Impatore martirium patitur Ignacius: cuius in corde eius dulci simum nomen Iesu aureis elementis scriptum repertum fuisse. Notis Litteris: Iesu. Tres syllabe per Dieresis. Nomina plurale pro singulari.

Ac si quis Partho. Sic inhesisse dicit uerba Martæ cordi Ignacii ac si quis arcu Parthico spicula impulisset.

Iamque propinquabant cani: rugæque uenustam
 Crispabant faciem: formæque inimica senectus
 Venerat: at pulchros atas ne frangeret artus
 Lumina ne longo iam caligancia fetu
 Induerent tenebras: fierentque obnoxia nocti:
 Dicitur æternum Matris pro funere Natus
 Talibus alloquens interpellasse Parentem.

Iamque propinquabant cani rugique uenusta. Poeta operi finem impositurus ad Parthenices mortem Assumptionemque procedit. Inducitque Filium Patrem alloquentem: ut immortalitatem præstet: non solum anime quæ sua natura immortalis est: sed & corpori: quod nec uitæ labem: nec originis culpam nouit.

Marcellus pro ca. Marcellus Canum uetus antiquum. Virg. Ca. Canum na fides & uerba Remo cum f. Quirinus.

Magne Pater qui me terræ ne regna perirent
 Corpus & humanos iussisti assumere vultus:
 Aspicias annoso Genitrix ut frigeat æuo:
 Deformisque situ senij tabescat: & annis
 Curuetur grauibus: spacium vitale peregit:
 Iam satis erunas: inopisque incomoda uitæ
 Pertulit: assiduo satis est attrita labore:
 Matris & eximie ratio virtutis habenda est.
 Da sceptrum cœleste meæ promissaque Matri

S i

PARTHENICES PRIMAE

Regna Pater: longæq; diem succedere nocti
Iam videat: mutetq; suos in gaudia luctus.

Mag. p. Captat beniuolentiã a personę proprie obedienciã: mo
uet deide παθος ab ætate: & erumnis vitę mortali: hoc ē hoim

Et quia nec vitæ labem nec originis ullam
Nouit: & antiquū retinet syncera pudorem:
Maiestate tua dignum non arbitror istud
Tam sanctū tellure pati putrescere corpus.
Sic ait. at placito postq; Pater annuit ore:
In diuersa leues præmisit regna Ministros:
Qui Comites olim vitæ mortalis in unum
Colligerent: Matrisq; illos ad limina ferrent
Obsequiū Domine: tumuloq; extrema daturus
Officia: & celebri ducturos funera ritu.

Et quia nec vitæ labem. Ab honesto persuadet. nec originis
ullam Nouit. beatissimã Virginem sine originali peccato con
ceptam dicit: ut supra etiam in primo cecinit: quãuis multi cõ
trarium temere astruant: multos inducẽ suę opinionis inep
tos imperitosq; doctores. Sed eam originalis culpę imunem
fuisse testatur Poeta hic: & elegãti carmie scripsit Iacobus Slet
stadius conterraneus meus amicissimus ex historijs: typis:
Mythicisq; id approbans: tum diuine maiestatis: decoro: ut &
Poeta hic infert in Filij dei verbis.

Iacobus
Sletaten.

Maiestate tua dignum non arbitror istud Tam. san. tell. pati
putref. corpus. Sic ait. at placido postq. P. annuit ore. In diuer
sa leues præmisit. r. ministros. Angelos.

Qui comites olim vite. id est. Discipulos. Tumuloq; ex
trema daturus Officia. i. ducturos funera celebri ritu.

Ipsē ferens textam Phœbi de lumine vestem:
Claraq; bisseis Matri diademata flammis
Nazareth ex alto pecij non solus Olympo:
Nam Regem comitata suū / cœlestia passim
Agmina solennes fecere per aera pompas:
Et festam duxere diem: veterisq; nouaq;

LIBER III FOL. CXVIII

Legis & ex omni volitabant ordine turmæ.

Ipsē ferens tex. phœbi de lumine. De lumine solis vestē splēdidam designat. De flumine lectio non quadrat.

Clarq; bill. ma. diade. flā. id est stellis ΝΙΟΣΜΜ& corona.

Ante alios Dauid & murice clarus & auro /

Argutam plectro citharam pulsabat eburno :

Et veteres ducebat Auos : cupidusq; videndi

Virgineos obitus celeri per inania lapsu

Ibat : & ætherio mulcebat nubila cantu.

Ceu cū fata gemens Cygnus vicina canoro

Gutture & extrema canit ad sua funera voce.

Pone sequebantur Vates : coma fusa per auras

Nabat : & in tenui ventus ludebat amictu.

Parthenice angusto recubabat fessa cubili :

Et lachrymans requiem orabat : finemq; laborū

Progenies igitur Diuorum astante corona

Sedit : & ægrotam sic est affata Parentem.

Alma parens mecū diuturna pericula quondā /

Ante al. Da. & m. cl. & a. Murex & purpura ex cōchiliis ge

nere sūt. vñ vestes inficiūtur. Plī. li. ix. Ar. p. sonorā cytharā.

Ceu cū fa. mortē gemēs. Cygnus græce : latine Olor. Cygno.

nū uulgo narratur i mortē flēbil' cātus : sed Plī. id falsum existi

mar. lib. x. Oui. Sic ubi fata vocāt. udis abiectus in herbis / Ad

vada Meādri cōcinit albus olor. prioris sententię. Poetęq; nri

testimoniū. Pone se. Va. co. f. per au. Na. recte Prophetę Da /

uid sequūtur p̄cipē. Prog. Filius. Astan. coro. diuorum.

Alma parens. Verba filij ad Matrē. & seruat pietatis decoꝝ.

Et sine me perpeffa tribus mala plurima lustris :

Credideras forsan cicius me nostra daturum

Regna tibi : quia Mater eras : humana volebat

Hoc pietas : & amor preceps : lex al tera cœlo est.

Eccl. m. p. t. m. p. xv. an. post passionē dñi Parth. cœlos petiuit.

Nos eteni lento pœnas & præmia semper

Cogimus ire gradu : meritū ut præmia crescāt :

Plinius

Ouidius.

Murex
Purpura
Cygnus

PARTHENICES PRIMAE

Et vitare grauem nedum solercia possit
 Verum & segnicies poenam: clemencia summi
 Tanta Patris tali humanū genus arte gubernat.

Nos etenim lento poenas. Iuuenalis Lenta ira Deorū est. Lē
 tus deus in remunerando: ut p̄mia crescant, tardus in puniēdo
 ut neq; solercia: neq; segnicies poenam euadere possit. Iuuenalis

Hæc mora longa fuit pietas & gracia maior:
 Semper enī tibi creuit honor: tua gloria semper
 Aucta magis: iam prima sibi loca vendicat inter
 Spirituum sanctos coetus in vertice mundi.
 Nam quo quisq; magis sortem paciēter acerbā
 pertulerit viuens: tanto sublimius ibit
 Orbe alio: Patriq; magis vicina tenebit
 Tecta meo, scelix igitur cui victa voluptas
 Terga dedit: longi quem nō fregere labores.

Hæc mora longa. f. p. Maiorem enim gratiam meruit paciē
 ens tolerancia.

Humane spacium vitæ componere phas est
 Hippodromo: celeres p̄ quē rota feruida currus
 Voluit: & assiduo concretus puluere sudor
 Membra virum tepido reddit deformia limo.

Hypodr
 omus. Humane spacium vitæ compo. ph. Hippodromo: id est cur/
 su. ἵπποδρομος cursus equi interpretatur: & p̄ loco poni
 tur quem latini stadium dicunt

Ambigui rerum euentus: suspiria longo
 Cum gemitu: lachrymis turgēcia lumina: pallor
 Plumbeus: exangui tristes formidine vultus:
 Cura vigil: labor ossa domans: dolor āxius om̄s
 Sollicitant hominū vitā: terraq; mariq; nem
 Obijciunt sese passim: prudencia frenis
 Talibus humanos ausus diuina coerces:
 Tranquillamq; negat pacem mortalibus agris.

☞ Eneruare solent securas ocia mentes:

Et vicijs umbrare animas: ut puluis aquoso
Imbre coit: leuibusq; rapi iam nescit ab Euris:

Ambigui rerum euētus. Perturbaciones enumerat: quę mentē
obfuscant. Prudencia diuina coerct talibus frenis humanos
ausus: id est conatus & temeritates hoīm. Tranquillamq; ne/
gat pacem: id est animum foelicem nō permittit in hac vita: ve/
rum qui pacjenter hec tolerant: perpetuam scienciam tranquillī
tatem. Nā ocia eneruare solēt securas mentes. pulcherrimā sen/
tencia. Syllius. omnia contra Experienda manent: quam spon/
det blanda voluptas: Stramine proiectus duro paciere sub a/
stris Infomes noctes: frigusq; famēq; domabis. Idem iustis/
cię cultor: quęcūq; capesses Testes factorū arbitrabere Diuos.

Sic aduersa premit sensus fortuna rebelles:

Et cogit parere Deo: morbosq; labentes
Pellit: & ardentē in pectore mitigat æstus.

Sic aduersa fortuna premit rebelles sensus. Et cogit parere
Deo. Paciēcia scilicet morbosq; labentē Pellit: & ardentē. in. p. mi/
tigat æstus: iracundiam scilicet.

Vt sale consperso longos seruantur in usus
Viscera: nec ledi sanie nec tempore possunt:

Sic duris animi rebus firmantur: & omnem

Abijciunt pestis causam: fors aspera tutum

Præbet iter: via sidereas hæc ducit in arces.

Hac rate seruentes pelagi superenatat undas

Qui petit æterni portus & littora regni.

Vidisti qui me casus voluere meosq; ?

Communi exilio pulsi varijsq; per orbem

Supplicijs acti. sorte exercentur iniqua.

Et nunc extremis Gallorū finibus exul

Martha Sororq; latent: q̄s implacata malignis

Gens odijs vento exposuit pelagoq; minaci.

Ipse dedi faciles cursus Euroq; secundo

Vt sale consperso. per comparacionem: & mox per similitu
§ iij

Syllius

PARTHENICES III PRIMAE

dinem ostendit.

Per Rhodon & Cretæ fines : & Neriton altam
 Scylleumq; fretū Tyrhena per æuora vectas
 Littore longinquo exposui: qua Gallicus altum
 Illabens Rhodanus Cyrneas diuidit undas.
 Hactenus hæc iam tempus adest ut inertia vitæ
 Pondera deiciens cœlum supremacq; mundi
 Regna petas; & promisso pociaris Olympo.
 Hæc Genitus, læto Genitrix hæc reddidit ore.

Issicum
 mare.

Per Rhodon & Cretæ fines. Nauigantes enī e Syria excipit
 primo Issicū & Pamphylum mare: in quo Cyprus tum idem
 Pamphylum usq; in Rhodum: tum Carpathium usq; in Cre-
 tam cui Myrtoum: Icarium & Aegeum coniunguntur. Dein
 de a promontorijs Cretæ Siculū: quod & Corinthiacū implet
 sinum: in quo Cephaleniæ Insulæ & Echinades: tum a Siculo
 Tyrhenū: tum Ligusticum a quo Gallicus sinus: in quo Nar-
 bon: & Massilia. Dicit ergo Poeta per Rhodon: & Cretæ fines,
 id est pmonteria insulæ Cretæ: & Neriton altam. Virg. & Ne-
 riton ardua saxis. Neritus mons est in Ithaca insula Echinadū
 una quæ ad hostium Acheloi locantur. Auctore Strabone &
 est Neritos Epiri ciuitas Pli. teste. Scylleumq; fretum
 id est Siculum a scylla.

Virgil

Neritus
 Echinades

Strabo
 Plinius

Corfica
 Rhodos

Tyrhenā per æq. mare Tyrhenum quod est Tuscum. Lit-
 tore longinquo exposui: ea parte qua Rhodanus Gallicus am-
 nes Gallia diuidit. Cyrneas undas. id est Corficas nā Græce
 Κυπρος hoc est Cymus dicitur. Insulæ: ante Asiā pulcher-
 rima & libera Rhodos est circuitu. cxxv. mil. pas. Aut si potius
 Isidoro credimus. ciiij. habitata urbibus. Lindo Camyro Iely-
 so nunc Rhodo. Pli. auctore.

Plinius

Græcia

Creta: inter Cyreneam & Græciā eam dico quæ a Sunio us-
 q; ad Laonicam locata est: in longitudinem hinc ab oris æq;
 liter disiunctam ab occasu in ortum. A septentrione Aegeo p-
 funditur pelago simul & Cretico. ab Austro autē Africano al-
 luitur Aegyptum attingente. Strabo auctore. de alijs nomi-
 bus illar. inf. dicam alibi.

Strabo

Scylla.
 Carybdis

In freto Siculo est scopulus scylla: item Carybdis mare vor-
 ticosum Plinius. fabulosa de scylla Nisi prosequitur Ouidi. in
 nono Metamorph. De scylla Sicula in decimo quarto Home-

Plinius

Ouidius.

Homerus

rus in. xij. Odyſſeę ſcribit monſtrum fuiſſe ſcyllam duodecim
pedibus: ſex ceruicibus totidemq; capitibus. Matrem eius tra-
dit Crathim. Alij Phorci & Hecates filiam: Alij Phorbantis &
Hecares. Pli. Chratis fluuij Ouid. Crathis nymphę. Rhoda-
nus Rhoda Rhodiorum colonia fuit. Vñ dictus multo Gallia Rhodanus
rũ fertiliffimus Rhodanus fluuius ex Alpibus ſe rapiens per Le-
mãũ lacũ: ſegnẽq; deferens Ararim: nec minus ſeiſpo torren-
tem Iſarã & Truenciã. Libyca appellatur duo eius ora modi-
ca. Ex his alterę Hispaniẽ. Alterę Metapinũ. Terciũ idẽq; am-
pliſſimũ Maſſilioti cũ. auctor Pli. li. iij. Dictũ at prius Marthã:
Magdalenãq; Maſſiliã pueniſſe poſtq; mari expoſitę fuerunt:
una cũ Lazaro fratre. Cym. diuid. und. In Ligufico mari
eſt Corſica: quã Gręci Cynnon appellauere: ſed Thuſco ppior
a ſeptrione in meridiẽ. piecta Pli. auctor. Quidã plus nũma-
tus quã doctus ex noſtris Corcyrã appellauit Corſicam: cum
Corcyra in Adriatico: hæc autẽ Tyrreno ppior ſita eſt.

Hactenus hæc. Concluſio oracionis.

Nate diu expectate mihi multiq; vocate
Supplicij tandem exilio ſinem atq; labori
Pone meo: cur tantum oro mea gaudia differs?
Sed tamen ante tuos iſto q; e corpore migrem
Da videam fratres: ſtygioſq; hinc eijce Manes:
Ne mihi tartarei vultus triſteſue figura
Horrorem incuciant mortis gelidumq; timorẽ.

Nate diu expectate. ſ. deſiderate. Niſio Matris duo petentis.
Vñ ut Diſcipulos prius videat. Alterę ut malignos eiciat ſpi-
ritus: ne timorem aut horrorem ei incuciant. Supplicij
Supplicationibus:

Nec dum finierat: cum iam duo dena per auras
Leta cohors aderat: Cilicum reuocatus ab oris
Hic erat: a Græcis alius trans Pelion atq;
Tethios Euboiçæ fluctus Minoiaq; arua
Et mare Carpathium: ſicientibus al ter ab Indis:

Nec dum finierat: cũ iã duod. per auras: Leta cohors ad Cilic-
iam reuo. Cilicia olim uſq; ad Peluſium Aegypti pertinebat: Cilicia.
Lydis Medis: Armenijs: Pamphylia Cappadocia ſub imperio

Plinius

Plinius

PARTHENICES PRIMAE

Cilicā constitutis. Mox ab Assyrijs subacta in breuiorē modū scripta est: plurima iacet campo: sinu lato recipiens mare Issicū a tergo mōcium Tauri & Armani iugis clausa Soli. auctor. A Græcis alius. Discipulos ex varijs mūdi ptibus aduēisse describit. trās Pelion: ultra Pelū. Thessalię montē. i. ex Macedonia. Atq; fluctus Tethios Euboice. maris insulę Euboicę. Minosq; arua Cretensia a Minoe rege Crete insulę. & mare Carpathiū. Iter designat a Macedonia ad Syriam per mare.

Solinus

Euboea

Euboea tā modico aestu diuidua est a Boecię cōtinēte: ut dubitandum sit an numerari inter Insulas debeat: nā terre ponte cōiungit. Tria sunt eius pmōtoria: Ceno in septētrionē vadit. Duobus alijs ī meridie extēditur. Quoꝝ Gerastos spectat Atticā. Caphareus pminet in Hellepontū. Strabo. Soli. auctor. Sicię. alt. ab Indis. Indos sicię. dicit ppter calorē regionis.

S. rabo Solinus

Alter ab Aethiopum siccis translatus harenis Transq; domos Arabū: rubri trās littora ponti.

Alter ab Aethi. siccis trās. ar. rub. t. littora pōti maris rubri. Rubꝝ Mare ī duos sinus diuidit. qꝝ; alt Perficus: alt Arabicus. Ille per Europæ populos a gente Latīna

Transierat veniens Siculos: Pelopisq; penates: Phoebeamq; Rhodiū: sparsasq; p equora terras.

Ille per Europę po. a gēte latina. Veniēs siculos. i. per mare Siculum. Pelopisq; penates. i. per Pelopōnesum. Phoebeamq; Rhodon. nunquā ita cōelum nubilū est: ut in sole Rhodos non sit. Solino teste. unde apte Phoebeā dicit: Sparsasq; per eq. t. id est insulas Cyclades & Sporades Cyclades dicuntur quia quā si in orbem circa Delū sparsę sunt auctore Solio σποραδες Idem quod in mari sparsę sint. Designauit autem Poeta iter ab Italia in Syriam.

Rhodos

Cyclades. Sporades

Peloponnesus.

Peloponnesi forma platani folio simillima est: Longitudine ac latitudine ferme par ab occasu in ortum: stad. mille & cccc. Longitudo est e Chelonata per Olympiam: Agrumq; Megalopolitanum ad Isthmum. Latitudo ab austro in septentrionem e Malea per Arcadiam ad Aegium hodie Moream dicunt.

Mox animos Erebi q̄t erant per tecta per auras In cæcum Deus ire chaos mandauit: & altis Immergi tenebris: atq; intra tartara claudi.

LIBER III FO. CXXI

Mox animos erebi. Spiritus inferorum mandavit ire in cœ
cum chaos: precibus Matris satisfaciens: ne immundos cerneret
redemones.

Tum niueã mentē domibus dissoluit opacis:

Et super iniecit tulerat quæ dona Parenti:

Assūpcio
Parthenices

At gelidum tepido iacuit sine sanguine corpus:

Splenduit ætherio mens immortalis amictu:

Cui Superum mirata cohors arridet: & altis

Gaudia scintillant animis: Dominãq; salutāt.

Tum niueam mentem. Splendidam animam Parthenices.
Et super iniecit. t. quæ dona quæ supra dixit yestem de lumina
ne Phoebi.

Insonuere poli: longeq; auditus ab alto

Concentus: mixtūq; melos: pars ocyus acta

Clarius & cantu late resonabat acuto:

Tarda ibat grauiore sono: qui sidera voluunt

Nūc gelidum versus Boream pigrumq; Bootē:

Nunc Austros contra cœlicq; latentis ad Axem

Cursibus assiduis orbes: qui lucida paruo

Circuitu versant in summis orbibus astra:

Hic quoq; concordī vocum discrimine carmen

Immortale dabant: tellus mare risit & aer.

Ipsa sinu Matrem Proles complexa per altos

Aëris ascendit tractus: iuxtaq; Paternum

Ad leuam solium sublimi in sede locauit.

Interea Missi strato imposuere feretro

Solliciti exanimū corpus gremioq; dederunt

Vallis: ubi magnū mudi & generale futurū est

Iudicium: & tali signarunt carmine marmor.

Parthenicæ diuū Dominq; Matricq; Tonantis.

Insonuere poli. Longeq; auditus ab alto Concentus: id est
Harmonia. mixtūq; melos cantus. Pars ocyus velocius: acta p

PARTHENCES

PRIMAE

Nete
Hypate

tussa. Clarius & cantu. la. re. acuto. p. neten ΠΑΤΗ fidis acuti soni. Tarda ibat gra. sono. per Hypaten ὑπὸ τῆς chorda inferioris tenoris grauisq; soni auctor Aristoteles in Problematis.

Aristotel.

Qui sidera voluunt. Ordo Hij quoq; qui voluunt sidera: id est motores orbium caelestium: Hunc versus gelidum Boream: pigrumq; Bootē: id est versus septentrionem: nunc contra Aufros quae ad Axem latentis caeli: id est versus Antarticum in meridiem: & qui voluunt orbis assiduis Curfibus: & qui versant lucida astra: Planetas scilicet: paruo circuitu. id est epicyclis in summis orbibus hoc est in ecentricis. Hi quoq; dicuntur carmen immortale vario discrimine vocum.

Pythagoras sonum Harmonicum speris caelestibus tribuit. Vnde Cicero in somno Scipionis. Quis hic inquam & quis est qui complet aures tantus & tam dulcis sonus? Hic est inquit ille: qui intervallis distinctus imparibus: sed tamen pro rata parte ratione distinctus: impulsu & motu ipsorum orbium efficitur: & acuta cum grauib; temperans: varios equabiliter contentus efficit.

Cicero.

Interea missi. i. Apostoli ἀπόστολοσ id est missi. strato imp. feretro. Vbi magnum mundi: & g. f. est iudicium. vallis Iosaphat.

Terga fere Titan Nemeae extrema tenebat
Fulgentem Cratera inter; claramq; Coronam.

Nemea

Terga fere Titan. Solem in Leonis extremis partibus suis se designat. Sylua Nemea surgit inter Cleonas & Philuntem: in qua Argiui sacra celebrare consueverunt Nemea: ibi quoq; quae de Nemeo leone gesta: fabulis prodita sunt. Strabo. vnde de leonem quem Hercules interfecit: Iupiter in astris locauit: Nemeum dicimus:

Strabo

Crater.
Hydra

Fulgentem Cratera inter. Crater positus est supra primam hydrae curuaturam: habet in labris stellas duas: infra ansas duas obscuras in medio craterē duas: ad fundum duas oīno sunt octo. Hydra trium signorum longitudinem occupat: Cancrī Leonis & Virginis Hyginus auctor. Vnde apte Poeta dicit fulgentem Leonem inter Craterem claramq; coronam. Nam ut Hyginus auctor est Leone exoriente Corona occidere & cum Scorpione exoriri perspicitur.

Hyginus

Verum illud Nati imperio post tempore paruo
Ablutum Iordanis aquis terraeq; reflecto

LIBER III. FOL. CXXII

Pondere : & ardenti vestitum luce nihilq;
lam mortale tenens celeres in sidera Diui
Tollentes iterum menti imposuere beatæ.

Verum illud. Dicit corpus postero tempore in cœlum as-
sumptum: & beatissimę menti coniunctum.

Ipsa tenens sceptrū & nitido diademate fulgens
Cincta caput ; terras amat : atq; vocata fauorē
Impluit : & cœli lucentibus imperat astris.

Ipsa tenens sceptrum : Regina cœli: terras amat: id est terre-
stres homines scilicet. atq; vocata: id est inuocata. Impluit fa-
uorem. & cœli lucentibus imperat astris. Siderum habet Im-
perium.

τελὸς σου θάω αγία.
Χερε κεχαρηθμενη μαρτῖα.

Dystychon in Sebastianū
Murrhonem.

Sæcula tot Cornix tot viuit sæcula Ceruus:
Murrho obit ante diē Theutona terra gemat

